¶ P R I M O igitur quæro, an filij à patre heredes instituti debeant habete portionē in triēte vel semisse, quē liberis pro legitīma cōpetere dicemus: an verò vno filio herede in stituto, cæteris triens aut semis distribuēdus sit. Dubitatio nē istā ponit Pau. castrē. quo autore vehemēter vtor, in au cten. nouissima. C. de inof. test. cuius opinio est: institutū filiū in numero liberorū habēdū esse & portionē semissis aut triētis eum pro rata pcepturū, allegat. l. ab oībus. §. si à titio. de leg. j. ¶ Hec questio parū difficilis fortè tibi videſ, verū tamē mirandū est, quod hic heres filius residuo non debeat esse cōtētus, aut si admitti se desideret, quod habet vt heres, nō teneat cōferre, potissimū quū, si qd fili⁹ à bonis patrīs v p particulari titulo pceperit, eū cōferr e& alijs cōicare sit ne cessē, auctē. ex testamēto. C. de colla. Sed respōderi potest, institutū filiū conferre, quod habet ex institutiōe videlicet vt totius p̄imonij triens aut semis secundū numerū libero rū accipiat, qua portiōe deinde ex oī p̄imonio detracta, in stitutus tanq̄ ex testamento heres residuum capit, qui etiā vt filius de triente illo, aut semisse sūa portionē habet, & ita cibos duplicitos percipit, fūgiturq̄ psona duorū argu. l. tu torē. s. de his quib. vt indigni. ita sit, vt filius de restituendo sub cōditione grauatus trebellianicā tanq̄ extraneus derra hat, legitīma tanq̄ filius. c. raynūtius, &. j. copiose ponitur.

in filio alio nolle Primum Cap. Repetitio. I. in quartam.

Secundo quæro, an filio naturali tantum legitima debetur? sicut inter liberos dinumerandus. Communis est conclusio, quod ei non debeatur, cum nec contra testamentum patris ei venire liceat. I. s. & gl. ibi s. de bono, pos. contra tab., nec dotare filiā naturalis pater teneatur. I. vxorem. s. pater naturalis. s. de lega. in. accedat huc, quod naturalis tantum ab intestato non admittatur regulariter aucten. licet. C. de naturalib. liber. ergo legitimā habere non potest, quippe legitimā, partem esse eius (quod quis ab intestato est habiturus) satis superē dictum est, dicetur tunc plenus. s. Cum hac conclusione docto, passim transire videntur. Ego autem puto (existiment alij licet, quod lubet) hunc locum aliter tractari debere. quoniam siue dicamus legitimam iure naturali, siue ciuili fuisse inuētam, eodem iure hos filios approbari cōperiemus, à naturali naturales dicti sunt, quod natura tantum sit operata, quātum in legitimis, ut notum est, à ciuili, eosdem comprobari docet titulus ille de concub. s. & ita nullo iure legitima eis negari possē videtur. Insuper glos. & doctrina superius allegata parum obstat posse sunt, quoniam non loquuntur de legitima. Et quando dicitur q̄ non succedunt ab intestato, istud non est verum semper, ut statim dicitur. **R**esolute igitur hunc articulū an filio naturali tantum debeatur legitima per conclusiones sequentes. Vna est, filij naturales qui ex soluto, & soluta nati sunt, inter quos matrimonium contrahī iure potuissent, legitimā habent in bonis matris, quia ei succedunt ab intestato, siue soli sint, siue cum naturalibus & legitimis concurrant. s. nouissimè instit. de senatuscō. orfīc. I. si qua illustris. C. ad orficia, quod etiam verum est, siue domi concubinam pater retinuerit siue foris, quod licet iure forte non concederet, tamen consuetudo nihil ponit differentie. Antho. de but. in. c. per venerabilem, qui filij sunt legit. de Vbal in trascita. successio ab ītest. & ita video seruari, ut nulla inter hos naturales sit differentia, nisi esset quadam illustris mulier, ut

sunt domicellæ antiquarum & nobilium domorum, quibus maxime reprobatum est lasciuire. d.l. si qua illustris. Sed aduersus hanc conclusionem quis posset opponere, quod videatur velle plus castitatis esse debere in masculis quam in feminis, & quod bastardi earum plus à lege diligantur, quam virorum, quod falsum est. l. palam. §. fin. & ibi glos. supra de ritu nuptia. ¶ Si dicas quod hæc successionis, & legitimæ relinquentæ necessitas sit matribus imposta, ut à libidine propellantur, reuocenturq; ab illegitima prole suscipienda. Statim replicabitur, quod per hunc modum mulieribus illustribus dabitur occasio, & facilis quedam videnti lasciuia, que non dubitabunt se proli quicquam relinquare teneri. ¶ Vera igitur huius conclusionis ratio est, quod mulierum successiones non tantæ curæ fuerunt apud legem, quantæ virorum, ex quibus agnationes procedunt. §. i. institu. de legi. ag. tutel, que agnatio per infectum medium non potest propagari. l. fina. C. de natura. ralib. liberis. Et cum hanc agnationem lex vehementer seruari velit. l. i. §. penulti. de ventr. inspic. bastardos ad virorum successionem passim vocari non permisit, qui liberi igitur matribus succedant, lex non tam sollicita est. Vnde de ortum proverbiū, in bonis matris, omnes filii sunt fratres, omnes inçā. l. ciuili non reprobati, vt in principio cōclusionis, exemplo ostendit. Sed prouectus rursus instabit, nunquid in muliere illustri eadem ratio locum habet, cum ex ea agnatio nulla progrediatur.

¶ Tu díc in ea extantibus legitimis & naturalibus alia ratione successionem naturalium impediri, quoniam hi legitimi concursu naturalium lederentur, quod in successione mulieris abiectæ non tantopere conspicitur arg. c. vbi periculum de electi. in. vi. ¶ Preterea & si in omnibus mulieribus castitas exigatur maxima, longè tamen maior in his domicellis expetenda est, quarum vita multo plures habet inspectores, pluribusque ex

Primum Cap. Repe.l.in quartam.

turpi earum vita paratur iniuria, in odium cuius nec nomine
filiorum habere merentur.

C Secunda conclusio, filius naturalis tamen, non habet legitimam
in bonis patris sui, si supersint naturales & legitimi, vel legi-
timi tamen, vel parentes huius prius naturalis, vel vxor eius legi-
tima, quoniam hec quatuor personae impediunt naturalem tamen ab in-
testato succedere. §. consideremus. in auctor. de tristete & se-
misse. col. in. ego clarius explicui & cōprobavi in auctor. de
here. ab intestato. venie. §. i. Habent tamen hi naturales alimenta
in bonis huius prius naturalis. Etiam iure ciuilis. §. si quis igitur
habet filios. in auctor. quibus. mod. natura effic. sui. coll. vi.
Non est tamen dos filiae naturae alia a patre persistenda Bart. in. l. yxo-
re. §. pater naturalis. §. de leg. in. Licet hodie iure canonico
potest officio iudicis compelli posse patrem, ad mediocrem dotem
tradendam. arg. c. cum haberet de eo quod duxit in matrimonio. etiam
quoniam esset filia incestuosa. Panorum. in consiliu. cxv. Bart. in auct.
ex complexu. C. de incesti. nuptijs.

C Tertia conclusio, ubi non reperitur aliqua persona ex qua
tuor expressis in precedenti conclusione, filius naturalis ha-
bet legitimam in bonis patris, quoniam tunc admittitur ad suc-
cessionem ab intestato. d. auctor. licet. C. de naturali. liber. Erit
tamen hec legitima exilis, & valde tenuis pro rata portionis
qua ab intestato erat habiturus. Sed quantacumque sit. ea arbit-
rator eiusdem oino conditionis esse, cuius est ea, quae naturali-
bus & legitimis debetur. ut nec in ea grauamen, aut aliud
onus apponatur, ut quem in ea institui filium oporteat natu-
rali, ut de legitimis dicetur. Si enim lex naturae, lex ciuilis his
naturalibus tantum successionem ab intestato concedant, immo-
nec lex canonica refragetur, Panorum. in. c. tanta qui filii sunt.
leg. nu. xij. quid est, quoniam patres hos preterire possint? Acce-
dat quod hi filii nihil pecarunt. sed patres. c. nasci de adul-
terio. lvi. distin. propter quorum crimen filii puniri non debent.
l. crimen paternum. §. de penis. facit rubric. c. ne filius pro pte.
Nec mouearis si dicatur his legitimam deberi, quoniam alii non super-

sunt, & cū alijs secus, quoniā idē vides in parentibus, q̄bus legitima debet, si non sup̄sint liberī, insuper frater legitimā habet si instituatur persona turpis aliās non potest petere. ¶ Quarta conclusio facilis est, filij nepharij, qui videlicet ex duobus nascuntur, inter quos matrimoniuū iure cōtrahi non possit, vt in cestuosi, adulterini, presbyterorū filij, q̄ erāt à lege ciuili non cognoscunt nec natura eos probare videt in. §. i. de incest. nup. coll. ij. glo. in. l. vulgo. s. de statu homi. hi legitimā in bonis nec patris, nec matris habent, auctē. ex cōplexu. C. de īcestis. nup. Et ideo nepharios vocari puto, quod nec in numero liberorū vsquām habēdi sunt, nec ab ītestato, nec ex testamēto aliquid habere à parente possunt. Facit quod spuriū à dignitate repellant. I. ḡnaliter. §. i. de decurio. & multa in eos iure sunt odio parētū cōstituta, que nōcuro referre, vt pote n̄q̄ materię nō 2potētia. Alimēta tñ iure naturae & canonica æquitate eis minime denegari posunt. c. cū haberet. & ibi glo. extra de eo q̄ duxit in m̄fimo. quā pollu. p̄ adul. facit q̄ hi liberī penas nullas pati debēt, ni si morib⁹ parētū defungant. c. p̄sbyterorū. lvj. distin. ideo filiæ spurię & adulterinę dotari dedent vt supra dixi.

¶ Tertiō quāero, an filijs legitimatis debeat legitima in bonis parentū. Super hoc articulo ex varijs scriben. doctrinis Bal. in. l. eā quam. C. de fideicō. Bar. & aliorū. in. l. galus. §. & qd si tñ. de libe. & posth. sequētes cōclusiōes adnotabis. ¶ Prima conclusio, legitimati per subsequens matrimoniuū habent legitimam in bonis parētū, ac si vere legitimī & naturales essent, quoniā ab intestato eodē modo succedunt. §. fin. in auctē. de īcest. nup. coll. ij. §. quibus insti. de here. quæ ab intest. deferunt. §. fi. insti. de nup. in. c. j. in. c. tanta, qui filij sunt legitimī. Et qui sunt, qui legitimari possint, necne, de ceditur in. d. c. tanta. vide Bart. & ibi apostil. in. l. in concubinatu de concub. s. copiosius per Io. and. in regul. culpa caret de regu. iur. in. vj. in mercurial.

¶ Secunda conclusio, filij legitimati facto patris, vt pote c. ij

Primum Cap. Repe.l.in quartam.

qui vocant filij sui in instrumento gestorum vel intestameto. s.
adhuc ut cum de appell.cognos.col.vii.vel quod eos dixerit
legitimos in institutioe. s. si quosvero non habes in aut. qb.mod.
natur.eficii.legitim coll.vi. Itē quod declaratū sit in testa-
mēto eos debere legitimari à principe. s. sit igit in auct. eo-
dē,hī omnes legitimā habent & ab intestato admitterent
seruatis his quę iuribus superioribus disponunt, q̄ quidē hic
explicare nō cēsui,qd loc⁹ aptior fuerit i.d. s.j.de he.ab ites.

¶ Tertia conclusio, quando filij legitimātur per oblationē
curiæ quia per patrem traduntur, vt domui ciuitatis deser-
uiant, sicc⁹ legitimationem promereantur, hī legitimā ha-
bent, qui ab intestato etiam inuiti fuissent vocati. s. qm̄ va-
rie.i auct. quib. mod. natur. efficii. sui. s. excipiat in auct. de-
trien. & semisse facit. s. fi. inst. de nup. q̄ quāta fuerit, dicā. s.

¶ Quarta conclusio, quādo rescripto principis filij natura-
les legitimant p̄rē imetrante, habent legitimam, vt natu-
rales & legitimi. s. sit igit q̄ mod. natur. effic. leg. s. illud qb.
mod. natu. effic. sui. col. vi. Bar. & alij in. d. l. gallus. s. & quid
si tm̄, quod intellige qñ princeps est certificatus de natur. &
legiti. si qui. sint, p̄ docto ibi, p̄t em̄ p̄ filijs suis legitimis &
naturalibus, qbus nullū adhuc ius quæsitū est, p̄iudicare. l.
cū adoptio. ff. de adop. id p̄tetea verū in bonis parentis, q̄ re-
scriptum impetravit secundum Paul. castreñ, & alios ibi.

¶ Ultima conclusio, qñ filij naturales legitimant rescripto
principis mortuo parete, in cuius bonis legitimā petūt, his
legitima non debetur glo. & docto, in. d. s. & quid si tantū
quia iure quæsito legitimis & naturalibus, non potest eis
preiudicium adferri. l. penulti. s. de natalib. restituē.

¶ Fallit. s. si pater in testamento iussit eos legitimandos re-
scripto principis. d. s. sit igitur. quib. mod. natur. effic. legit
aucten. item sine legitimis. C. de natur. lib.

¶ Fallit. s. qñ alij filij quibus ius est quæsitū, consentirent,
l. fi. s. de natalib. restituen. consensus iste multa operatur, vt
per doctores notatur in. l. fi. C. de pactis.

¶ Fallit. iij. qñ p̄iceps ex certa sciētia vellet legitima tū ad mitti an aditā hereditatē precipue. l. ij. j. de natalib. restituē. l. fi. C. si cōtra ius vel vtilitatē pub. licet rescripta eiusmodi rarissimē concedantur. Pro ampliori huius materię declaratiōne videto docto. in locis preallegatis, sat enim est, quæ ad propositum spectant, declarare.

¶ Quartō quāro, quid de legitimis tantū an legitimā ha-
bēat, vt adoptiui, arrogati? Dic quōd nō, quoniā arrogatis,
q̄ viuo p̄e emāciparent, aut exheredarent, cōstitutiōe dīū
Pij pūsū est de quarta alteri, nature quā sit legitia. §. cū aut
isti. de ado. l. si arrogator. §. de ado. &. j. suo loco declarabīt.

¶ Querit quīto, an liberis mōstruosis, q̄ p̄ter naturā nascū-
tur, legitia debeat? vnico verbo istud p̄t expediri, qm̄ hic
casus rarissimus est. Distingas igīt, an p̄tus hic inclinet ad
brutū relicta forma hūana, & hoc casu legitima nō debet,
quoniā nec filij noīe cōtinet. l. non sunt liberi. §. de statu ho-
mi. l. ostentū. j. de verbo. signifi. l. ij. in fi. C. de posth. hered.
Si verò formam humanam habuerit, etiāsi natura superas-
bundarit in membrorum fortē multiplicatiōe, legitima eis
debetur, quoniā filius dicitur. d. l. nō sunt liberi. §. partus,
quod doctoribus ibi non displicet.

¶ Sextō queritur, an filij nondum natis, qui posthumū vo-
cantur. l. ij. supra de iniusto rup. testa. debeatur legitima?
videretur prima quidem facie eis eam deberi, quod qui in
vtero sunt, pro natis habeantur. l. qui in vtero. §. de statu ho-
mi. Adpartem cōtrariā adduci potest, quōd posthumus qui
est in vtero, non dicitur animal ergo nec filius. l. j. §. si quis
proximior infra vnde cognat. bonus text. in. l. fin. infra de-
coll. bono.

¶ Puto igitur esse in suspenso quandiu est in
vtero, quoniā si nascatur abortus, legitima non debetur
l. ij. C. de posthumis hered. Si autem viuus, ei legitima dan-
da est, quoniā ab intestato successio denegari minime po-
test. §. posthumū. qui etiam cōtra testamentum preteriti re-
medio carere nō videtur. §. posthumorū insti. de here. liber.

Primum cap. Repeti.l.in quartam.

I.inter cætera. s.de libe.& posth.hoc tamen dubio penden-
te summa expectatio est, quod posthumus nascatur, quare
quædā pro his posthumis prouisiones à lege interim sunt
ordinate toto titu. si mulii ventr. nomi. & de ventre inpos-
sess. mitēd.l.pregnatis. j.de penis cum similibus.

CQuero septimo, an debeatur legitima liberis, qui religio-
ne sunt ingressi: ad hoc vno verbo dicendū arbitror, religio-
nis esse considerandā qualitatē, an videlicet habere possit
propriū, necne, quod si nihil aut in cōmuni, aut in particula-
ri possidere possit, ut sunt in regno Franciae quatuor religi-
ones paupertatis, de quibus consuetudinarij pluribus locis
loquuntur, quos referre nō curo, quod res per se nulli sit du-
bia, aut obscura. Et legitima his liberis nulla debetur, qui
mundo mortui dicunt clemen. exiui. de paradiso. de verbo.
signif. hi autem qui religionē ingressi sunt, cui propriū ha-
bere licitum sit, aut in cōmuni, aut in particulari legitimā
in bonis parentum petere non impediuntur, auct. ingressi
de sacrosanct. eccp. l. fi. g. i. C. de epi. & cler. quod multoties
vidi obseruatum in filiabus quæ ingrediuntur religionem
monialium, quib⁹ debetur dos spiritualis Bal. in. l. fi. nu. v. C.
de dot. promiss. cano in. c. non satis de symo. Bart. Bald. &
Moder. in auct. res quę. C. cōia. de leg. hanc distinctionem
assumūt docto. predicti & nostri etiā galli scribē. ex doctrī-
na. Bart. in. l. j. s. de testamen. nu. viij. eiusdem in. l. j. g. qui ha-
beat. j. de bono. possess. contra tabul.

COtaud quero, an filię quæ per statuta, aut consuetudi-
nes locorū sunt exclusæ, legitimā habere possint: illud. idē
peti potest de filia, quæ iuramento prestito successioi pater-
næ renūciauit, quę renūciatio valet. c. q̄uis. de pactis. in. vii.
Et in primis videtur, nullā his filiabus legitimā deberi, qm̄
ab intestato sunt exclusæ. Bal. & doct. in. l. maximū viciū.
C. de libe. preter. Paul. de cast. in. l. titio centū. g. titio gene-
ro. s. de condī. & demonst. & cum legitima sit portio eius
quod quis esset ab intestato latus, vt. s. plerūq̄ dixi, sequit-

filias ad legitimam non admittendas, cui enim auffertur genus, multo magis species auferenda est. l.i.j. §. fi. j. de legit. hered. l. fi. in. iij. respons. C. de usuris rei iudica.

¶ Præterea filiæ huiusmodi non sunt suæ, nec de his in testamento facienda est à premetio Bart. in. l. i. §. sciendū. j. de legi. hered. idē in. l. i. §. qui habebat. j. de bono. poss. contra tabul. Paul. de cast. in. l. qui superstitis. nu. iij. §. de aquirē. hered. Ia. in. l. si emancipati. C. de coll. sic fit, vt in numero liberorum ascribī non debeant. Per multi doctores hanc partem secuti sunt inter alios Guido Pap. quest. cxcv. quibus indistincte loquentibus nō possum assentiri. Quare videtur esse facienda distinctio. an haec filiæ aut statuto, aut renunciatione excludantur simpliciter nulla re eis reseruata. Et hoc casu filiæ legitimam integrā petere possunt, quoniam illa exclusio, nisi legitima reseruata intelligatur, nullius momenti esset, & contra ius naturale, quo alimenta ex parentū substanciali liberis debentur, fuit hec opinio Salice. post Cy. in. l. sanctus. C. de nup. quam esse equiorem affirmat. d. Ias. in illa auct. nouissima. nu. lxxij. Ego puto etiā. c. quiuis, nō confirms se renunciationē, nisi filia dote congruā receperit, ex quo opinione quorūdā non esse verā puto, qui volunt, matrē exclusam agnatis superstitibus, legitimā non posse consequi, quā profecto seruare audio Tolosæ, licet nec nunc quidē id equum mihi videatur, vide Ias. in. l. si quando ad finem, C. de in. of. testamen. ego etiam plenius. j. ponā. Si autē statutū velit filias forte extantibus masculis excludendas, aliqua summa pecuniarū reseruata, quæ ad legitimā plus minus ascendet, ultra eā summā nihil eis deberi fateor, & hoc modo doctorū decisiones superius allegatas intelligendas existimo. In huc articulū conplura dico oporteret, quæ & quotidiana sūt, & utilissima, at multa, quæ huic loco congrue possent accommodari, dixi in. c. vnic. de filijs natis ex matrimonio, ad morg. contract. in. v. sib. feud. Quid autē de nepotibus ex filia que sic exclusa est statuto, aut renunciatione, an legitimā possint

et opatato rancato ut et raduoy quod propria aperte deinceps et totibus multo fideliter et legerem summa scripta quod tem propria et proprias ministris et propriis bello et summa et mole et potest propriis polyleg quid de nepotibus unde quod

dy nuptiis ex filia possint petere patrem legamus *by matrem* *Primum Cap. Repet. in quartam.* *by matrem*

*in bonis autem materni petere, huius questionis resolutio est
valde utilis, quare ea persequentes conclusiones sic habeto.*

V. de q. et n. et n. **P**rima conclusio, quando filia statuto exclusa aut renuntiatione cum iuramento, moritur viuo eius patre, & nihil ad liberos suos ex substantia paterna trasmisit, aut quia non habuit a patre, aut pater sibi reddi stipulatus est, una omnium voce, nepotes ex filia legitimam habent, nam ab intestato ad bona autem, admittuntur, vel etiam contra testamentum venire possunt, si nulla ingratitudinis caussa preteriti sunt, aut ex hereditati, Bald. in l. fin. C. de pact. Imol. Paul. & alij in l. qui superstitis, supra de acquir. heredi. Philip. Franc. in cquis. de pact. in vi.

Secunda, quando filia ut premissum est, videlicet nihilo percepto exclusa superuixit patri, nepotes legitimam petere non possunt quoniam ex persona matris a successione sunt reuocati, hanc conclusionem tenet Bald. in dict. l. fin. Paul. in d. l. qui superstitis. & alij complures huius sententie fuerunt. Quibus ne vnam quidem consentire potui, nec adhuc acquiesco, quod nec statutum, nec matris renuntiatione etiam iuramento vallata ullius ponderis esse putem, ut in decisione huius questionis probauim, & clarius. j. discutietur, quo sit, ut (quia ex autem substantia nihil ad hos peruenisse constat) & ab intestato, & contra testamētū eos arbitrer admittendos, nisi eis legitimā relīcta sit.

Tertia, quando filia, quae dotem accepérat, patri superuixit, nepotes ex ea nullam in bonis autem portionē petere possunt. Quoniam sicut dote, quam mater est consecuta, eam a patris hereditate exclusam fatemur, ita ex ea liberos, qui iure matris, non proprio admitti queunt, repellendos putamus, & in hanc sententiam docto. atque opinionem descendent. Limita istam, ut in sequenti dicetur.

Vltima conclusio in qua varium est, ac multiplex dolorum iudicium. Quando filia quae dotem receperit, moritur ante patrem, nepotes ex ea legitimam petere non

posse puto, nec eos ab intestato, minus etiam contra testamentum admitti, hanc tenet Ludouic. Romanus in.d. I. qui superstitis, quem citat & videtur sequi. Philip. fran. in.d. c. quāuis. illa enim dos, quae in legitimam inputatur I. quoniam nouella. C. de in offic. testamen. ad nepotes peruenit, etiam si ab eorum auo processerit. I. quod scitis. C. de bonis quae liberis. qua nepotes se contentos esse bonus vir arbitrabis. I. scim⁹. §. repletione. C. de i of. testa. Cogita em⁹ quare prioritas mortis m̄ris debet prodesse nepotibus, cū tē pus nō sit modus tollēdē aut inducēdē &c. I. obligamur. §. placet. de acti. & oblig. ff. Cōclusiōis huīus veritas lōgē clarius oñdef ex solutiōe rōnū, que pro alia opiniōe subsecūt. ¶ Contrariam igitur partem, quod videlicet nepotes hoc casu non sint exclusi tenent Bald. in. d.l. fina. Paul. Imol. in d.l. qui superstitis, qui profecto plures habet persuasiōes & fortē seruare, ppter eorū auctoritatē. licet eā nō putē vera. ¶ Et in primis, quando filia excludit à successione, inest tanta quēdam cōditio, videlicet si cōpetat successio. I. interdū de verb. obli. priuatō enim & exclusio p̄supponit habitū. I. decē. de ver. obli. Sed filie patri p̄defunctae successio nūq; cōpetit, cū viuus successorē non habeat. I. j. de here. vel acti. vēd. ergo renunciatio nullū effectū habuit, pro q̄ est tex. claus in illa. I. que superstitis. quare nepotes nulla re impediti posse dicendum est. ¶ Secundō, premortua matre nepotes iure illius non succidunt, nec illam representant sed iure proprio vocātur, quod apertē probare videtur. I. si auus. C. de liber. preterit. I. Gal Ius aequilius eodem titu. vbi institutio filij premortui non obest nepotibus ex eo, imo eisdem de nouo prouidēdū est, alioqui in auī etiam materni testamētū venire eis līcītū est. ¶ Tertiō, matris renunciatio, à iuramento vim assumit. d. c. quāuis. Sed iuramentum matris ad heredes iurātis nō trāsferitur. c. veritatis. & ibi Inno. & alijs, concludēdum itaq; est renunciationis robur ad nepotes non transducī posse.

*Controversia
opinione*

impedit quod debet iure factum non possit nisi aq-
uato. Et hanc legem etiam nunc immobilia quod obstat legibus
Primum cap. Repeti. I. in quartam.

Ced nec sunt haec rationes eiusmodi, ut à conclusione de-
pellar, ad quam tuendam liberorum masculorum causa, &
fauore sum impulsus, & quod hi nepotes, qui dote matris
habuerunt, paternam expectant successionem.

Prima eorum ratio non obest, nam & si illa conditio in-
sit, ego puto etiam eueniisse, successionisq; exclusionē, viuo
adhuc patre renunciantis locū habuisse, nec mihi videtur,
I. illa qui supstititis, aut I.j. de hered. vend. hoc loco allegari
posse, vbi aut iuramenti effectu. d.c. cōquis, aut statuto, illa iu-
ra imutata fuisse constat, & ita arbitror eos non recte cense-
re, dum dicunt exclusionem tantum in mortis articulo esse
ctum habere, & ita distinguendū, an filia p̄t̄ premoriatur,
an pater ante filiā, video enim tēpus renunciationis solū cō-
siderandū, aut tēpus receptionis dotis. Eorū distinctio sanè
recepta esset, nisi renunciatio, aut statutū esset alicuius pōde-
ris, ad quod doctores non aduertunt.

Altera ratio non maxime vrget, nec fatebor vñquā ne-
potē cuius pater etiā ante auū moritur, iure representatiōis
nō venire, dico enim. (Et apertius defendi in titulo de suc-
ces. ab intesta.) nepotes representare suum patrem, quod nō
maiores partem sint habituri, q; pater si viueret, at istud no-
stro proposito minime conuenit, in quo extat iuramentum
aut statutum quib; dispositiōes. I. si auus. I. gallus. & simi-
liū deficere videmus. Si enim non esset renunciatiū, aut nul-
lo statuto filia viuo eius patre excluderetur, nepotes pro-
culdubio iure proprio, & non matris (quæ interea nullum
habuisset ius in successione) se admitti iure postularent, &
his iurib; locum fuisse confiteremur, aliquid tamen spe-
cialitatis fuisse nostro hoc casu ferendum puto, alioqui in-
ane esset statutum & inutilis ipsa renunciatio.

Vltima, licet vehementer vrgeat solui tamen potest, iu-
ramentū ad heredes filiē nō transit, id non est perpetuum,
nec indistincte verum, quoniam iuramentū effectum pre-
buit renunciationi, quæ ciuili iure non tenuisset. I. si quādo-

§.i. C.de in off. testamē.l.pactum dotali. C.de colla. Et hic iuramenti effectus ad heredem transfertur, obligatioq; ex iurata dispositione successore sequitur, quod nec cæteri docto. negant, duobus igitur casibus iuramentū non transfun ditur in heredes, si videlicet periurium imspiciamus, & ita seruatur q; heres iurantis dispensatiōē nō eget, insuper nec heres forū, quod testator iuramento subierat, sequi tenetur, hæc est per pulchra scribentium doctrina in illo. c. q;uis, & reliquorum in eo. c.veritatis, vide in. d.c. q;uis. Philli. franc. nu. xij. ¶ Hæc quarta cōclusio sic defensia locū non habet sicut nec. in. quā supra immediate posui. si hi nepotes p liberos, in quorum fauorē exclusio facta est, non repellerē tur, quia videlicet auo super essent tantū personę lineaē col lateralium, aut etiam ascendentium, nā hi nepotes admittentur, cūm ad cōmodum aliarum linearum exclusio facta non sit, istud omnes tenent vbi supra. His etiam nepotibus non arbitror denegandum ius agendi ad supplemētū, si mater integrā legitimā non habuerit, etiā secundum quantitatē bonorum, quæ erant tēpore quo aius mortuus est, vt infra dicet. Reliqua quæ ad hunc locū attinent, locis superioris allegatis plenissimē tractantur, quos vide si hac quotidiana materia egere videaris.

¶ Decimo quæro, an filijs ingratitudinis legitima debeatur? Puto ad hanc quæstionem facile responsum dari posse, vt ex hereditatis bona mente debeatur. l. multi non note. §. de libris, & ibi docto. Bart. & cæteri in. l. cum ex filio. §. de vulg. Liberi tamen, qui iusta ingratitudinis causa incerta à patre sunt exheredati, legitimā amiserunt, nec ab intestato, nec cōtra testamētū vllum eis cōpetit remediū, §. aliud quoq; capi tulū. versi. causas vt cū de appella. cognos. coll. ix. &. §. fi. in auctē. de immēs. donat. Ingratitudo enim est omni iure sic exosa, vt nomen filiationis quis perdat Bar. in. l. diuus. §. ad l. pomp. de parric. Ias. in. l. sed si post. C.de in offi. testa. & ob id nec mīri, nec fratri succedere debet, facit qd;sacré scripture d in

nota

ad debet
egredia
V. gratio

Primum Cap. Repetitio I. in quartam.

*notas de
ingratitudine
dimo*
testatur, de ingratitude Luciferi, de ingratitude etiam priorum parentum, per quam natura humana ad innumera penes incommoda prolapsa est, de his ut apud terologos, ne falsum in messem alienam ponamus, video in ingratis effectum mirabile, ut filii iure naturae debito prouentur, iusque naturale odio ingratis immutetur.

I Secundo per ingratis liberi etiam alimentis care debent, nec parentes ea prestare tenentur text. & bona gloria in I. si quis a liberis. §. idem iudex de liber. agnosc. §. gl. in I. fi. C. de alend. liber. & Bart. ibi.

I Tertio pater filiam ingratam dotare non tenetur Bald. in I. fin. nume. xi. C. de iure dot. docto. Moderni in I. sed si post. C. de in offic. testamen.

I Quartio filii ingrati non percipiunt lucrum legale, quod habent liberi prioris matrimonij, dum parens conuolat ad secunda vota per I. feminæ aut per I. hac edictali, text. est in I. fina. C. illo. titu. de secund. nup. tex. melior in §. optime in aucten. de nuptijs. coll. iiij.

*F. Ingratitudine
non quicunque
donatio perficit
emancipatio*
I Quinto, donatio quamlibet perfecta per ingratis reuocatur I. fin. C. de reuocand. donatio. ubi vide docto.

I Sexto libertus qui ingratus est patrono redigi debet in seruitutem I. diuus. I. ingratus. §. de iure patro. I. ij. C. de lib. & eorum liber.

I Septimo filius miles, qui parentibus ingratus probatur militis cingulo & a militia est rejciendus tex. & glo. ibi in I. ij. §. de obseq. a liber. presta.

I Octavo filius emancipatus propter ingratis redigendus est in patris potestatem Bart. in I. alimenta. §. fin. §. de libe. & eorum liber. **I** Nono vassallus propter feloniam (qua dicunt) & ingratis feudum amittere debet. c. i. que fuit prima causa benefici. amitt. §. i. & iij. Complura alia oriuntur incommoda ex ingratis, quod ingrato homine (ut dicitur) nihil terra peius creet, sed redendum est unde digressi sumus.

I Undecimo quæro, an liberis cuiuscum gradus, quales sunt

nepotes, prœnepotes ipsius defuncti, legitima debeat? Quia in re extant dicti breues conclusiones. Una est nepotes, pro nepotes, & deinceps ex eo, de cuius bonis agitur, quorum, pater, aut mater, aut alia ois media persona annum, proauum moritur, legitimam ex bonis eius ferre debent, quoniam licet in locum proprij parentis & in partem admittatur, & eo ipso parente ipsum representent, tamen iure proprio, & ab intestato, & contra testamentum a. l. sunt vocati. §. j. in. aucten. de hered. ab intesta. venie. §. cum filius instit. de hered. quæ ab intesta. def. facit. l. gallus acquilius cum suis. §. Eorum enim parens nihil iuris vñq; habuit in bonis eius, qui ei superuixit. d. l. qui superstitionis. d. l. j. de hered. vendit. Hanc partem secuntur Sal. Alex. & Ias. in aucten. nouissima. C. de in offic. testa. ego allego text. in. §. j. in fine ibi & hec omnia de triete & semis. tex. in. l. papinianus. §. qm autem quarta. ff. de in offic. testamento. Límito, quando eorum parens aliqua parte recepta fuisset a successione exclusus viuo auctor dixi supra in octaua questione.

C Altera coclusio, nepotes quorū parens aucto supuixit, in bonis aut legítimā nō habēt, quoniam si quid ex his peti pos sit, iure pris, aut mris venire debet, quod ius parētib⁹ eoz in morte aut qslitū fuerit. §. ita demū. insti. de hered. quæ ab intestato. deferunt. Et ita si quid eis competit, transmissionis, iure consequentur, hanc etiam probant docto. in illa auct. nouissima, quos pleniusib⁹ videto. **Q**uāta autem nepotum legítima esse debeat, & an consideretur numerus eorum, an origo, & numerus eorum a quibus immediate descendunt, Salic. & Ias. in illa auct. nouissima faciunt differentiā an sint nepotes ex pluribus filijs, & tunc non numerus nepotum, sed patrum, ex quibus oriuntur, attendatur, si vero sint ex vñico filio attenditur numerus nepotum, quia tunc succedit in capita. Ego nō video ullā rationē differētię, immo nepotes semp in locū pris eorū admittuntur ab intestato. §. j. de here. ab intesta, si sint ex vñico filio totū habent, quia

Roma
Conclusio

notis gano
Caballos

Bermoda
Conclusio

Primum Cap. Repe.l.in quartam.

eorum pater totum erat etiam habiturus, &c. s. hoc obseruā
do, facit q̄ oēs ex vnico filio habeant triētē, olim quadrātē
sed nihil dicit, q̄ attendatur nūerus nepotū, quod ipsi faten-
tur qñ sunt ex pluribus filijs. Teneo igitur legitimā sex ne-
potū ex vnico filio esse trientē, sicut legitimā quinç aut sex
ex duobus filijs, nec est vlla rōnis diuersitas, quod pluralis
tas filiorum faciat nepotes ad imparia iudicari.

¶ Duodecimō, oportunē satis dubitari posset, num liberi,
quos superiori loco diximus legitimā non habere, numero
liberorū sint ascribēdi, vt partē faciēt, etiā si ad eam non ad-
mittantur, dicā tñ infra, vbi quanta sit legitimā, discutietur.

¶ Hārū duodecim quēstionū resolutio tibi opido q̄ necel-
larīa est, vt conclusionis superius positae limitationes intel-
ligas, quæ ex his ī prima parte declarata videtur. ¶ Restat
adhuc secundæ particulae illius declaratio, nempe qñ non
supersunt liberi eius, de cuius bonis agitur, nunquid parēti

parētib⁹ (y) *boni filij* (y) *liberos non* *53 Regulina* *postmod⁹*
b⁹ debeat, & rñsum supra videtur eisdē deberi, quod velim,
nunc apertius explices conclusione sequenti. Quocūq̄ ca-
su diximus in bonis parentū legitimā liberis deberi, eodē in
bonis filijs (qui liberos non habet) parentes legitimā petere
posse dicendum est. l. nā & si parētibus. s. de inof. test. l. scrip-
to. in fine. j. vnde liberi. l. j. s. largius. j. de succes. edi. qm̄ hoc

modo successio ab intestato procedit. s. consequēs. in auc-
de hered. ab intes. col. ix. vt etiā supra aliquid posuimus. Et
hāc estyna cōueniētia inter descēdētes respectu ascēdētiū,
& ascēdētes respectu descēdētiū, sūpta cuius occasione pu-
taui satis oportunū subiūgere alias quasdā cōformitates &
aliquas postmodū differētias, quarū bona ps ad legitimę ma-
teriam pertinere videtur, reliquas nihil oberit narrare.

Convenient
lo. ypsos Reg
boni filij
et parētib⁹

¶ Secundō igitur cōueniunt, sicut legitima liberorū est ho-
die aucta, vt sit triēs vel semis secundū numerū liberorū, ita
legitima ascēdētiū. s. j. de triēte, & semisse &c. s. hoc obser-
uando, iuncta glo. ibi, immo quæcūq̄ infra dicētur sup quā
titate legitimę in liberis, dicenda sunt in parentibus, bonus

tex.in. §. fi. vers. de nepotib⁹, i auct. qb. mo. nat. ef. sui. col. vij.

¶ Tertiō, qm̄ vt liberis legítima est relinquéda titu. institu-
tionis, ita & parētibus Bart. in. §. j. de trient. & semisse. hæc
est cōmuniſ opinio, doctorū in auct. nouissima licet Barto.
alibi pluries tenuerit cōtrarium quod. j. declaratur.

¶ Quartō sicut i legitia descēdētiū nō potest grauamē alī
quod imponi. l. qm̄ in prioribus. C. de in off. testa. ita nec in
legitiā ascēdētiū, vt dicam infra in. ij. præfatio.

¶ Quintō, Sicut preteritio descendētiū noçet testamento
l. inter caetera. §. de lib. & posth. ita ascēdētiū preteritio te-
stamentū liberorū reddit nullū. l. pater filiū. §. de in offi. test.
& horū rationē explīcat Bar. in. d. l. pater filiū, licet Moder-
ni cōnētur illam diluere in. l. in suis. §. de liber. & posth. rōni
bus tñ eorū multoties iter legēdū satissēcim⁹, & alibi qñq̄
videbis. ¶ Sextō sicut ascēdētiū testamento preteritio
ne aut exhereditatiōe facto nullo legata. & reliqua, per quæ
non succedit testatori, conseruant, per auct. ex causa. C. de
liber. preterit. ita quando descēdētiū testamenta eā ob cau-
sam sunt nullius momēti, legata & alia id genus, qbus testa-
tor nō moriſ testatus, cōseruari dñr. §. siue igit̄ vers. hæc au-
tē. in auct. vt cum de appell. cognos. col. viij.

¶ Septimō vt liberi agunt cōtra donationē in officiosam
l. j. & ij. C. de in offi. donatio. eodē modo parētes cōtra im-
mensam donationē liberorū agere possunt, per quā legitia
minui posset. l. si filiis. C. eodem & ibi gloſ. & doct.

¶ Octauō, sicut liberis suis hereditib⁹, hereditas iacēs non
repit gl. i. l. cū hereditas. C. de po. l. si post mortē. §. de leg. j.
ita qñ ascendētes succedunt liberis, q̄ erant sui, non poteris
dare hereditatē iacentē. l. si seruus communis meus. §. j. de
stipul. seruorū. & ibi Ang. not. secūd. Guil. benedi. in verb.
matrē insup cleram nu. xxxvij. licet esse differētiā in que-
rendis his hereditatibus negari non possit.

¶ Non est tñ tāta cōueniētia inter has reciprocas successio-
nes, quin inter easdē differentiē cōperiātur quā plurimæ.

Vide differentias propter legem auctoritatem parentum

Primum Cap. Repe.l.in quartam.

Cl Primum differunt, quoniam liberorum est prior causa, usque ad eodum, quod existentibus liberis eius de cuius bonis agitur, per parentes eiusdem legitima peti non potest. l. pater filii. ff. de in off. testa. §. j. in aucte. de hered. ab intesta. colla. ix.

Cl Secundum differunt, quoniam successio & legitima liberi in bonis ascendentium voto parentum, & naturali iure debetur. l. scripto herede. §. final. j. unde liberi. d. l. cum ratio de bonis damna. Sed ascendentibus in bonis liberorum legitima & successio debetur, ratione miserationis, & pietatis de iure ciuili. d. l. scripto. d. l. nā & si parentibus. Puto tamen, & j. dicere posse teneri. eodem iure parentibus, quo liberis ea deberi.

Cl Tertium, filij grauati de restituendo hereditatem. duas quartas detrahunt. c. raynultius. c. raynaldus. extra de testa. quod & iure ciuili, si bene intelligatur, antea decisum fuerat, ut infra ostendemus. At parentes a liberis testantibus grauati unam tantum detrahere communiter tenetur, allegatur doctrina Bal. in. l. a. milite. §. fina. Ias. in auct. nouissima. C. de inoff. testa. plures. j. citabimus locos huius articuli. & quid sit dicendum, & quomodo iudicandum dicemus.

Cl Quartum, quoniam si pater alienat bona in fraudem filio rum, & si in quem alienatio facta est, de fraude participet, reuocatio competit filio, usque ad suam legitimam. Secus quod filius alienaret in fraudem ascendentium. Bart. in. l. non usque. j. si quis a parente fuerit manumissus. Ias. in. d. auct. nouissima. nume. xlviij.

Cl Quintum differunt, licet ascendentes possint inter liberos condere testamentum cum duobus testibus, ut parens ex ea dispositione moriatur testatus. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. l. quotiens. l. filij. C. famil. herciscō. Liberi tamen inter ascendentes testamentum (quod si in potestate non sunt, aut peculium castrense habeant, aut quasi castrum se condere non prohibentur) facere non possunt cum duobus testibus. Bald. & Salice. in. l. fina. C. famil. herciscō. Ias. in. d. auct. nouissima. nume. xlviij. Bald. in. d. l. hac consultissima.

Secunda præfatio. Fo. xvij.

sima. §. fina. Alexan. in. d. §. ex imperfecto, cuius tamen contrarium, ut equius & tutius, putauit semper defendendum. Si nulli supersunt tetastoris liberi, & vidi ita per arrestum obseruari.

¶ Sexta differentia videtur esse, quod si liberi parentibus succedant inter eos bonorum collatio facienda est. aucten. ex testamento. C. de colla. Sed si parentes liberis succederent, collationi locus esse non potest. Bald. in. l. quoniam nouella, ubi ponuntur per eum septem regulæ omnem materialiam collationem penè continentес, quas Ias. prosequitur in. l. si emancipati. C. de colla.

¶ Differunt septimò, quoniam filius grauatus de restituendo non imputat fructus in quartā trebellianicā. l. iubemus. C. ad trebellia. Sed parens grauatus, eos imputare debet. l. filius. §. eodem, quod infrā discutietur apertius.

¶ Octauò differunt, quia si liberis iunctum sit onus restituendæ hereditatis post mortem, intelligitur conditio si de cesserit sine liberis. l. cum auus. §. de conditio, & demonstr. l. cum acutissimi. C. de fideicomiss. Sed si parentes per liberos grauentur post mortem ea conditio non venit intelligenda. Barto. in. d. l. cum auus, quem alij quoq; secuntur in d. l. cum acutissimi. Ias. in. l. generaliter. §. cum ita. C. de insisti. substi. & restitu. sub conditio. fac.

¶ Nona differentia, quoniam donatio per patrem filio fieri non potest, quem in potestate habet. l. ij. C. de immēs. dona. exceptis septem casibus qui enumerantur per Barto. & Ias. in. l. frater à fratre. §. de conditio. indebi. Sed filius patri donare nullo iure prohibetur, secundum Barto, & alios in d. l. frater à fratre.

¶ Decimò, liberi transmittunt querelam non preparatam ad eorum liberos. l. si quis filium. l. scimus. §. fi. C. de inofficesta. se parentes aduersus filiorū testamenta non ita, Ang. in. l. nam & si parentibus. ff. de inoffici. testa. quem sequitur. Ias. in. d. l. si quis filium. nume. iij.

Primum Cap. Repe.l.in quartam.

Vndeclima differentia, qm parentes possunt ex exemplariter filiis furiosis, aut altero morbo (qui iudicium animi impedit) detetis sustituere. l.ex facto. s.de vulg. l.humanitatis. C.de impub. vbi quicq; dixi. Verum liberos ascendentibus furiosis substituere esset indecorum, nec igitur recipiendu Bart. in d. l.ex facto, quem alij communiter, sequunt per text. in l.his qui. s.de tuto. & cura. dat. ab his.

Duodecima, pater pot liberis pupillariter sustituere. Sed liberi parentibus non possunt, quod ne vlo quidem eget probationis genere, cu is cui fit, in potestate substitutis esse de beat. l.moribus. s.de vulga.

Tertiodecimo differunt, quoniā parentes iure naturali tenentur alere liberos. l.j. s.ius naturale. ff.de iust. & iu. s.j. in stit. de iur. nat. gent. & ciuil. Sed liberi tenentur parentes ale re iure gentium. Bart. in l.si quis à liberis. s.parens. de liber agnoscend. dicam plenius. j.

Quartodecimo, qd liberi primi matrimonij faciūt, ne parentes qui conuolat ad secundas nuptias, disponere possit de bonis prouenientibus ex praedeffuncto parente. l.feminē de secund. nup. ne etiam possit parens secundo coiugī plus relin quere, quā vni ex liberis prioris matrimonij. l.hac edicta li, illo titu. Parentes tñ huius qui conuolat ad secunda vota, hoc nō habet priuilegiū, vt ibi dicitur per docto.

Vltima differentia, liberi baptisantis aut leuantis iungitur cognitione spirituali cu baptisato. Sed parentes baptisantis, aut leuantis nulla tali spirituali cognatiōe iungi posse reperiuntur, istud nos, in nostra arborū cōcinnatione diximus & ibi rationē ostendimus. Hæc omnia si diligenter nos taueris maximo tibi commodo futura sunt. Sed ad propositum reuertamur, videamusq; reliqua, quæ ad horum ascendentium legitimam pertinent.

Decimotertio queritur, an ingratis parentibus debeat legitima. Et dic nullo modo deberi, immo possunt propter ingratitudinjs causam exheredari. s.iustū aut perspicimus.

Ita legatos parentibus debet cogitare

Secunda præfatio. Fo. xix.

in auct. vt cū de appell. agnoscend. & hic erit alius effectus
ex heredationis, quem iungas superiobus.

Decimoquarto quæro, an ascēdētes qui cōuolarunt ad se-
cunda vota priuētū legitima in bonis descēdētiū. Et arbit-
tror esse considerandū an bona filiorū prouenerat à p̄desun-
cto parente quo casu conuolās ad secunda vota nihil pete-
re pot̄ substitūbus alijs illius m̄fionij liberis. I. feminæ. aliter
secus quod dīc vt posui in. d. I. feminæ. C. de secund. nupt.

¶ An mater excludatur à legitima filij qñ statutū vocat a-
gnatos. Supra aliquid dixi, licet videā quotidie matres oīno
excludi quod an valeat infra dicemus vbi ageāt an p̄ statutū
legitima tolli possit..

Quanta
per legiti-
ma vbi ageāt
T E R T I V M super hac legitima mēbrū supereſt, nem
pe quāta debet esse legitima, in quo maiorē in modū la-
borasse vident̄, q̄ sup̄ auct. nouissi. C. de in of. tes. scripserūt.
¶ Nos tribus conclusionib⁹ illud expediemus. ¶ Prima
huiusmodi est, quę de liberorū legitima loquitur. Quatuor
aut̄ infra, dant natis iura trientem, semissem verò dant natis
quinq; vel vltrā. Hoc est qñ sunt quatuor liberi, aut paucio-
res, legitima eorū est triens. Qñ verò sunt quinq; vel vltrā,
legitia est semis. Hęc cōclusio siue versiculus h̄ic probat̄ in
§. i. in auct. de triē. & semis. col. iiij. in auct. nouissima, q̄ hinc
est deprōpta. C. de ī of. tes. Et illa iuria aliter disponūt, quām
fuisset per antiqua iura decisum, qm̄ iure. fforū. &. C. qua-
drans siue quarta pars erat legitima. I. papini anus. §. quarta
§. qm̄ autē quarta. ff. de in offi. testa. I. cū queritur. I. parentis-
bus. C. de in offi. testa. quę hodie sunt, vt vides, immutata,
& legitima aucta est, vt sit triens v̄l semis secundū numerū
liberorū. Ad idē glos. in. §. fi. insti. de in offic. testa. glos. in. d.
aucten. nouissima. Si petieris cur igitur hodie quarta nūcu-
patur deberet enim dīci triens, vel semis &c. Dic eam pro-
prius dīci trientē &c. At retineāt antiquū illud nomē, quod
tanto tēpore fuerat obseruatū. argu. I. insula ad finē de acqr.
ter. domin. ¶ Ampliandā existimō hāc conclusionē in li-

e in

Primum Cap. Repetitio I. in quartam.

heris naturalibus (quibus supra tenui, quinque legitimā debet
ri) ut sit triēs aut semis eo modo inteligēdo: quē infrā, in na-
turalibus & legitimis dicemus, nihil enim est quod diuerso
modo iudicari possit, ergo I. a titio. ff. de verb. obliga.

Contra hanc conclusionem in filijs legitimatis per obla-
tionem curię, quorū legitima non est semis. &c. Sed est no-
uicium, s. excipiatur, in auctē, de triente & semis, qui text.
valde difficultis est, tum in expositione, tum etiam in deridē-
di ratiōe, quare videlicet legitimatus maiorē partē habeat
pro legitima quā naturalis & legitimis. Super his vide ibi-
do, qm̄ nūsc̄ repertum est nostris tēporib⁹, naturales filios
per oblationē curia fuisse legitimatos. Puto tamen hac de
causa maiorem esse filij curialis legitimam, quod suo quidē
labore, & facto legitimationē mereatur, qui saltim eo con-
pensari debet, quod plus ex bonis patris (qui illum curiae
obtulit) pro legitia cōsequat, quo sit ut si mortuo patre, na-
turalis tantū filius sese curię offerat, in preiudicium liberorū
naturalium & legitimorum legitimam non habeat, vt
de legitimato per rescriptum principis supra positū extitit.

Contra S V P E R hac conclusione generali quae quanta esse
debeat legitimā, cōtinet. Dāda est sex questionibus que se-
quuntur, resolutio. **C**ontra Prima est, quid significetur per verbū
triens & semis. **C**ontra Altera, an tertia, vel media pars bonorū
patris, sit legitima filiorum omnīū. An verò tertia vel semis
eiusque, qd̄ quisque ab intestato est habitus. **C**ontra Tertia, cuius
rei est triens, an bonorum? an hereditatis? **C**ontra Quarta, cuius
temporis habenda est bonorum ratio, quōue tempore con-
sideranda est eorum quantitas? **C**ontra Quinta quid est in causa
quod alia sit quātitas legitime, quando sunt quinque, aut plu-
res, quam si sunt quatuor, aut pauciores. **C**ontra Sexta an liberi
quisbus legitimam non deberi declarauimus, quicque ad eam
non admittuntur, partem faciant. Debeantque in numero lib-
erorum haberi, his sex absolutis questionibus conclusio
manifestior erit.

Secunda Præfatio.

Fo. xx.

Ad primæ solutionem facile intelligendam scire debes hereditatem cuiuscum duodecim vncijs confici, ex quorum varijs numero nominibus hereditarie portiones nuncupantur. s. hereditas institu. de heredi. instituen. l. si seruū. s. fi. s. de here. instituē. Si duodecim vncias accipias, assis appellatioe hereditas cōtineat, licet al's hēat significatiōes ut p. gl. in d. s. hereditas. Si vero ex duodeci pribus una sumat, vničia appellabis, si vničia cum dimidia, dicet sexcuus. Duabus similiplexis vacat sextas q̄si sexta ps assis. Trib⁹ vncijs quadrātē, quod quartā ps assis sit. A flūmas quatuor vncias trientē efficiat, qm̄ tertiā p̄te assis habet. Quod si quicq̄ recepis vncias quincuns habet, quasi quincq̄ vnciarū. Semis ex sex vncijs q̄ media ps interpretat. Ex septē vncijs fit septuns, ex octo bes, ex ix. dodrans, at si decē vnciae sint dextans, si. xij. deuns efficerur, vt ex iurisconsulto & imperatore tibi notius erit, iuribus præallegatis, longe tamen & copiosius & elegantius per domī. Budeum in tractatu de asse. Satis tibi erit, si hos terminos itellexeris, vt iure consulti eos surpare vindentur. Supereft igitur trientem esse tertia partē, semissim vero mediā. Ita fit, vt si sit vn⁹ filius, legitima est tertia pars. Idem si duo, tres, aut quatuor. Sed si quinq̄ sunt filij, si sex, septem, aut plures, mediā partē ferunt, habes quid vocetur triens quid semis.

¶ Secunda quæstione p̄quirendū erat, cuius est hæc tertia pars vñ media, an bonorum patris, quæ deinde inter liberos diuidatur, qui legitimā habent an sit tertia vel media pars eius, quod quisq̄ est habiturus ab intestato. In hoc nulla plerisq̄ utilitas esse videtur, vt per exempla duo ostendi potest. Primum pone titium habere quatuor filios. Si dicis legitimam esse trientem, i. tertiam partem bonorum inter liberos diuidendā, quisq̄ vničia habet, quoniam in triētē quatuor vnciæ sunt, id ē esse vides, si dicatur triēs est legitia, hoc est, tertia pars eius quod quisq̄ latururus est ab intestato, nam vñusquisq̄, tres vncias est habiturus, quia quatuor

Canticum regnum scilicet
Primum cap. Repeti. I. in quartam.

Sunt filij, & triū vnciarū tertia ps, est vnavicia, resultat igit̄ effectus idē, siue exposueris triēs, id est tertia honorū ps di-
stribuēda inter oēs liberos, siue dicas triens, id est tertia pars
eius quod vnuſquisq; latus est, ubiq; em legitima cuiusq;
est vncia. Et istud idē de semisse exponendū videt pone sex
esse filios. Et dicas legitimā esse semissem. i. mediā partē di-
uidendā inter eos, quisq; vnciā est habiturus. Si verò ponas
semissem esse legitimā. i. mediā partem eius quod quisq; de-
bet ab intestato percipere, idē reperies, quoniā ab intestato
duas vncias qſq; feret, quarū media ps vncia eē nō dubitat.
Verum, licet per hęc exempla nulla reperiā videatur dif-
ferentia, oñdo nihilominus latā esse diuersitatem, an expo-
nas triens. i. tertia pars honorū pris inter liberos diuidenda,
an triens. i. tertia pars eius quod quisq; est ab intestato latus
& duobus alijs exemplis hęc pars vltima nota efficiet.
Pone titiū habere duos filios naturales & legitimos, ac duos
legitimatos tñ, vel duos exheredatos, oēs certū est ab intesta-
to succedere, de legitimis tñ. s. sed hęc inst. de hered. que ab
intesta, differunt, exhereditati etiā nō repellent, nisi testame-
tū valeat. Si hoc quidē casu querat, quāta est duorū filiorū
naturalium & legitimorū, q̄ i grati non sunt, legitima? Et di-
cis triente esse, hoc est tertia partē oīm honorū patris, quia
quatuor vnciē cōtinentur, vnuſquisq; duas vncias haberet
si vero dicis triēte, hoc est tertia partem eius quod quisq; est
ab intestato pcepturus, quilibet horū duorū, vnciā solā feret,
quod quatuor sint successuri, qm̄ adoptiū cōcurrūt & qui-
libet tres vncias haberet ab intestato, quarū triū vnciarum
tertia parsest vna vncia, quare secundum hanc vltimam ex-
positionem legitima minor esset.

Alterum, & melius exemplū, de quo magna sit difficultas per doct. in. I. pater filiū. de inoffī. testa. moritur titiū re-
lictis patre, matre et duobus fratribus, istitutus est extraneo
quidā, relicta parentib; legitima, dubiū est, quāta hęc sit.
Si dicas triente esse, hoc est tertia partē honorū diuidēdam

Uta Eba Cigema et Utha po. Cimop. Vol. 73 fol. 106
Vnde gubernio de aliis vel totis et in aliis. Diffinita
sunt in datus Secunda Praefatio. Fo. xxij. que gaudi
inter eos, quisque parentum habet duas vincias. Si autem expos
nas trientem. i. tertiam partem eius quod quicquid ex parentibus ab
intestato erat latus, una vincia quicquid ferre potest, quoniam
duo fratres ab intestato concurrunt cum parentibus, sic fit, ut qui
libet parentum tres vincias ab intestato posset habere, quarum
tertia est sola vincia. Vides aperta fronte admodum referre
an exponatur primo modo, videlicet ut sit tertia pars bono
rum. An secundo triens est tertia pars eius quod quis ab intestato
&c. Quomodo igitur exponendum existimas? Iura nunc
mirum contraria videntur. Primo tex. in. §. fi. instit. de in offic.
testa. exponit triens, hoc est tertia pars honorum. Ad idem tex.
in auct. de nupt. §. fi. col. iiiij. Idem tex. in. §. j. de triente & semi.
ibi tertiam partem substantiae, hoc est quatuor vincias honorum,
eius in cuius bonis legitima petitur. Pro alia expositione quod
triens exponatur tertia pars eius quod quis est ab intestato
habiturus, est tex. in. l. illa. in princ. C. de colla. tex. in. l. pa
rentibus. C. de in offi. testa. tex. in. l. papinianus. §. sed si non
mortis. ff. de. in offic. testa.

CIn hoc articulo, & si docto. nihil dixerint, videretur dici
posse, iure antiquo ultimam expositionem esse seruandam, ut
triens esset tertia pars eius quod ab intestato &c. Iure autem
auctoriticorum, quo aucta est, prima expositio fieri debere
immutatis iuribus antiquis, per d. §. fi. de nup. Sed id dici non
debet, tum primo quod iure institutionum quod ante ius. C. erat
triens exponebat. i. tertia pars bonorum. d. §. fi. instit. de in offi.
testa. Preterea glo. in. d. auct. nouissima, alijs etiam in locis se
pissime dicit expositionem esse facienda, ut in l. parentes decla
ratur. Vnde fateor hunc locum esse sine difficile, qui clarer
per duas conclusiones decidi posse videretur.

CPrima quoniam nulli succedunt ab intestato, nisi quibus legitima
debetur, ut in duobus primis exemplis triens vel semi possit
exponi utroque modo nec diuersitatis aliquid possit co
perire, & in his terminis intelliguntur iura, quae ad prima
partem adducta sunt.

Vol. / brio
Conclusio
q. m. e. sume
dunt ab p. t. q. o.
re. q. b. o. e.
g. m. u. d. b. b. s. f. m. o. f. a. b. u. p. p. o. n. o. l. b. f. p. q. q. m. o. s. u. f. p. d. l. s. y.
p. m. n. i. b. r. c. o. p. o. l. b. f. p. q. q. m. o. s. u. f. p. d. l. s. y.

Primum Cap. Repe.l.in quartam.

Altera, quādō sunt aliqui ab intestato successuri, quibus legitima non debetur, ut in duobus vltimis exemplis, triēs vel semis exponi debet, ut in ea.l. parentibus, hoc est tertia pars eius quod ab intestato, & istud glosatores tenerunt, quo rū sentētia cōiter probatur. Nec recipit tūc expositio. §. fin. de in offi. test. §. fi. de nupt. col. iiij. licet legitima tūc lōge maior esset. Ex hoc sequitur Bart. opinione veriorē esse, q̄ ceterorū, qui vult frēs matrī nocere, honesta persona instituta licet sibi ipsi prosint minime, quod infrā declaratur

Tertium dubium est, cuiusnam rei triens sit, aut semis? An bonorum, an hereditatis. Rēsolutio doctorum est legi timam esse quotā honorū, & non hereditatis Barto. in. l. ex facto in magna in versic. istud displicet. §. de heredib. instit. Bald. in. l. quotiens. C. illo titul. Ias. in auctenti. nouissima. nume. ij. Ias. in. l. re cōiuncti. nu. clxxxviij. §. de leg. ij. text. in. l. ij. §. si quartam. §. famil. herciscun. tex. formalis. in. l. cū queritur. C. de in offi. testa. Ita fit ut priusq̄ legitima filiorū accipiat, es alienum hoc est quodcunq; patris debitū, & funeris impēsa detrahatur. l. papinianus. §. quarta supra de in offic. testamen. Nomine enim bonorum intelligitur aliz cūius patrimonium deducto ere alieno. l. subsignatum. §. bona infra de verbo. signif. l. mulier bona supra de iure dot. Nomine autem hereditatis continetur patrimonium inclusis etiam oneribus defūcti. l. hereditatem infra, de donatio. l. hoc amplius. §. fina. §. de leg. j. & glos. & doct. vbiq; declarant. Contra hāc communem decisionem me multum mosuet ratio fortissima Omnis legitima est triēs vel semis, auctenti. nouissima, sed triens vel semis est quota hereditatis. l. si seruum. §. fina. supra de hered. instituen. Ergo legitima est quota hereditatis, consequētia est silogistica in. iiij. figura cogita, de solutione. interea non recedas ab opinione communi.

Ex qua sequitur creditores non habere actionem contra filiū, qui suam legitimā acceperit Paul. casten. in. d. §.

Differencia iudicata bonorum et creditariorum quodcunq; bonorum dō deducto est liberis et fonsib; iudicata est creditariorum libera gloria per alios. Non obstante omneslibet defuncti et creditorū sibi q̄d habent libet, obca. sibi q̄d non possunt, haec cōsiderat. Alioquin si

quarta. nume. ij. Sed agunt creditores contra heredem universalem. l. j. §. si heres percepto fundo. ad trebell. j. l. fi. §. si. de contra emptio. l. quoties. C. de hered. instituen. Nisi posnas creditorē hypothecaria experiri cōtra filiū, cui legitima est in re hypothecata per heredem forte aut patrem, relicta. l. persecutione cum aucten. sequenti. C. de pignor. Quo tamē casu filio regressus cōpetit contra heredem. l. scimus. C. de in offic. testamen.

Legatarij tamen aut fideicommissarij non admittuntur cōtra filium. Immo ante legatorum, fideicommissorum vel solutionem legitima filiorum detrahetur. Computabūturg⁹ omnia legata, & fideicomissa ex rebus patris relicta in cūmulo patrimonij patris ad metēdam legitimam, quoniam aliter daretur modus facillimus quo filij in legitima grauarentur, contra. l. quoniam in prioribus. & ea quę infra dicētur. Quod arbitror verum, eriam si legata essent relicta ad pias causas. c. fina. xvij. quest. iiij. tex. & gl. in. l. papinianus. §. si imperator. §. de in offici. testa.

LSecūdo ampliabis etiam si legata libertatum relicta fuerint, legitima etiam libertates minuit. argumen. §. prohibemus. in auct. de triente & semisse. tenet glo. quam sequitur Paul. castren. in. l. papinianus. §. quarta nu. viij. de in of. test. vbi dī illū. §. quarta in hoc correctū esse. Aduertēdū tamē filium nō posse à legatarijs partem speciei pro sua legitima petere modò ex reliquo sibi ex solui possit. Bald. in rubric. de rerū diuis. §. nu. j. fiet igitur hoc casu computatio legatorum, nō vt deinde ex rebus legatis qd à filijs percipiāt. Sed vt dignoscat quantam eorum legitimam esse oporteat.

LQuartū est, vt videamus, quo tēpore, quantitas honorū pris inspiciēda sit, quorū triens, aut semis legitimā fore diximus. Sup qđ vulgata cōclusio est, vt tps mortis ei⁹, ex cui⁹ bonis sumi debet, cōsideret. l. cū qrit. C. de in of. tes. facit quid bonū sit arg. de legitia filij ad legitimā p̄soni. l. fi. C. de i. of. tes. & ibi Bal. et Sal. notat, et ecōtrario, sed legitia p̄sonis de

Primum cap. Repeti. l. in quartam.

bita ex bonis, que mortis tempore libertus habuit, assumenda
venit. l. etiam. si patronus. l. si patronum. si. fi. ff. de bonis li-
berto. & idem est, in quarta quae filio arrogato debetur. l. si.
infrà si quid in fraudem patroni.

Ex hac conclusione elic*i* possunt sequentia. Primum, quod liber*i* qui moriuntur ante eum, de cuius bonis agitur, legitimam non habent, minusque eam transmiteme possunt, nec debent hic (licet vulgus aliter arbitretur) in numero liberorum computari, perinde atque si nunc natii fuissent. Etiam si eis tempore testamenti existentibus aliquid relictu*m* fuisse, illud enim quasi caducu*m* apud heredem remaneret. Sed difficultas esse potest, an relictu*m* vni ex filiis pro legitima quod patri premoritur, sit hereditas? An coniuncto debeatur, aut substituto? si eiusmodi personae reperiantur. Puto neque heredi, neque cuiusvis alteri ea portione ascribenda, sed reliquis filiis pro eorum numero ex omni patrimonio legitimam esse dandam, & ita, quod filius ille premortuus sit, commodum illud fratribus adfert, quod pauciores sint, interquos legitima sit distribuenda, & ille filius sic defunctus partem non faciet. Si vero species aliqua relinq*uer*etur simpliciter non pro legitima, substitutus eius, aut consanguitus huiusmodi quasi caduc*a* lucraretur. l. vni. si. pro secundo. C. de cad. tolle. quod tamen relictu*m* sicut legata oia in patrimonio computandu*m* esset, quoniam pro filiis superstitibus legitima detraheretur. Quod verum est, etiam si hic filius premortu*m* liberos reliquerit, qui sane legitimam proprio iure & non transmissionis petent, cuius dies cedere non potest, nisi a die mortis patris. l. vnic. si. cum igitur. si. in nouissimo. C. de caduc. tolle.

*solent fabri
videlicet
comps puccio
glacatio
pactus matur
monialib
tunc tunc
tecond
Secundo inseritur, quod quantu*m* bona augeant post
tertium ad quod est
modicu*m* dicitur post*

Secunda; præfatio.

Fo.xxiij.

mortē patris, legitimā non augmentat, alīs enim honorū quantitas. post mortē patris attenderetur, cōtra conclusiōnē. Istud doctores tenent vno oīm consensu ad quod etiam adduci possunt tex. in. d.l. si patronū. s. f. i. de bonis liberto. tex. in. l. in ratione. in secunda. s. eodem, vbi non attenditur augmentum hereditatis post mortē testatoris super veniēs tex. qui vehemēter strīngit in. l. in ratione. s. quod vulgo. s. eodem. Si igitur his iuribus probatur, quartā patroni quar tam insuper. l. falcidia debitam, aucto etiā patrimonio non augeri dicendū esse cōcludunt, nihil diuersum nos in legitima dicere posse, & huic sententię assentiri videtur Salic. in l. scimus. s. repletionem. C. de in offic. testa.

¶ Quod etiam dīcunt Paul. & Alex. in. d.l. in ratione secūda verū esse vbi augmētū procederet ex causa eius temporis quo testator viuebat.

¶ Ego in hoc correlario, & notabili decisione puto diligēter considerandū. Nunq̄ enim mihi hæc sententia placuit, quæ cōmodo filiorū tātopere repugnet, maximē cū permulta sint quibus horum opinio subuerti possit

¶ Prīmū est, quod assumitur de tex. i. l. serui. s. eodē vbi serui ab hostibus reuersi augēt falcidiā. Cur igit̄ augmētū p̄imoniū, ex cā q̄ suberat tēpore mortis, legitimā nō augebit. s. quæ est lōgē fauorabilior fortioriq̄ iure ac ratione debetur.

¶ Scđm si bōa p̄is dīminuant post eius mortē dīminuit legitima Paul. de cast. in. d.l. in ratione secunda. nu. iiij. s. eod. insuper si species pro legitima, tradita filio perierit, incōmodo filij erit, cū res pereat ei cuius est. l. pignus. C. de pigno. acti. quanā ratione negari potest, augmētū honorū filij prodef se, vbi diminutio nocet, nulla pculdūbio. q̄a vt se habet propositū in pposito, ita opositū in opposito. l. f. i. s. f. ff. 3 leg. iiij. ¶ Tertium, extat bona ratio deprōpta ex cuiusq̄ naturali ratione, quando legitima nondū est soluta nec à residuo patrimonij separata, quid obstat? quin ea portio substātie paternæ quæ tempore mortis erat legitima nō augeatur, sicut

Primum Cap. Repetitio I. in quartam.

alia pars honorū, quę heredī remanere debet, Præterea cui istud mirum non videtur? Ut legitima (quæ à morte patris est filij, & in eum dominū cōtinuatū est) fructum & utilitatē ex ea proueniētē pro rata nō adferat filio, istud certe est contra mentem imperatoris in auctor. nouissima in fine & in §. prohibemus. de trient. & semis.

¶ Quartò facit. quod legitimā ex corporibus hereditarijs, & ex substātia paterna assūmi debere sit decisum. I. scimus, q̄ repletionē, que res nullius prorsus momēti esset, nisi ut legit̄ diminutionē incremētū recip̄eret. Ideo in pecunia ea solui non debet cuius hec natura est ne fructum producat, aut accessionem vllā recipiat, nihil autē tūc referret an in pecunia, an corpore hereditario sit recipienda.

CNec obstat r̄ones, quas pro eorū opinione docto. citat. Prima q̄ ex p̄cedenti conclusione accipit, nō em sequit, etiā si tps mortis consideret, quin legitia possit augeri, nā tps mortis eō cōsiderādū est. ne heredi. liceat alienare p̄tē bonorum ne ve, quod pater alienauit cōferri petaf. Insuper etiā si attēd debeat tempus mortis id nō repugnat, quin portio quā lex videt deberi, nō possit augmētari vt residuū, quod apud he redem est remansurum. Et ita fiet vt diuisione bonorum & legitimæ longo tēpore post mortē patris facta, legitima, & maior q̄ fuisset, si statim, & eo mortuo diuisio facta fuisset.

Cad alia iura, quæ citatur pro quarta, quæ debetur patro-
no, quæ ex l. falcidio, debetur heredi. nihil probat facile; po-
test respoderi, sufficit tamen hec solutio ad presens, quod he-
quartæ non sunt tantum fauorabiles quantum legitima. l. i.
legatū. §. i. & ibi glo. ff. ad l. cornel. de fals. & permulte inter-
has reperiuntur differentiæ quæ ex §. dicendis colligi possunt
interea, aliae quartæ titulo lucrativo percipiuntur, legitimæ
autem in locū alimētorū, quæ iure nature debebantur (ut sepius
§. dictū fuit) tit. quasi oneroso. Bart. in l. i. C. de imp. lucrat.
descript. Resultat igitur nostra conclusio. quam in iudicantur.

nio post mortem eius, augeri debet legitima, non q̄ plu-
res propterea vnciæ debeantur. Sed clementum illud su-
perueniens incumulo patrimonij reponetur, vñ semis aut
triēs detrahēdus est, & ita vnciæ erunt maiores quām fuīs-
sent, si facta fuīset legitimæ detractio statim patre mortuo
ut ex superioribus constat.

Contrafo
¶ Limito quando clementum peruenisset post solutam
filio legitimam. Item quando illud augmentum opera he-
redis & industria procederet, itē etiā si filio volente legitia
in specie quadam esset assignata, & in reliquis augmentum
fieret, his casibus opinio doctorum sustineretur.

Contrafo
¶ Tertio infertur ex principali conclusione, quæ vult tem-
pus mortis esse considerandum, si filio aut filiæ pater ali-
quid dederit in vita pro legitima argument. I. cum quo. §.
fina. supra eodem, & facultates patris augeantur, q̄ augea-
tur etiam legitima, in quo tamen inter docto. varia est, ac
multiplex sententia. Tu duabus conclusionibus sic habe-
to. Vna est si pater assignauit legitimā, & filius, aut filia re-
nunciauit simpliciter successioni paterne, non impeditur
hic filius augmentum petere, etiam si legitime renunciarit,
quoniam renunciatio est intelligenda attento statu presen-
ti & rebus ut nunc existentibus, facit pro hac conclusione
illatio quam statim posui, hanc tenent docto. communiter
Bald. in. I. pactum dotali. de colla. in. I. quanuis. C. de fidei
comiss. Paul. & Alexand. in. d. I. in ratione quam etiam
probat text. in. d. l. si. quando. §. primo. C. de in offic. testa-
ment. quem ibi not. Ias. nume. ij. Quidā contrarium dice-
bant, quia legitima eorum non diminueretur si patrimonium
esset diminutum. Sed hæc similitudo in odium liberorum
apud probū iudicē non recipere, quibus iura tantopere vi-
dēt fauere, pōt em̄ p̄l̄ lḡtia relinq̄re, licet min⁹ nō poslit.
¶ Altera coclusio, qñ filius, aut filia, aliquo recepto, quod
ad legitimam pro eo tempore sufficiebat, cum iuramento
renunciavit, quo casu renunciatio tenet. c. quis. de pac. in. vij.

*Contrafo
Sane
Sane*

¶ Quod remittitur q̄q̄ filios cuius filia ommatis non faciat
de legiis respectu q̄ ad legatum) et sufficit q̄ sicut supra sed si
bona postea em̄gānd pōt filia patrī em̄gānd q̄
nō sita

notas de legibus et iuris consuetudinibus
Primum Cap. Repe. I. in quartam.

Aucto deinde patris patrimonio probabilior opinio mihi videtur ea, quod augeri etiam debeat legitimam, quam tenet Bald. in. c. cū martinus Ferrarens. nu. xv. extra de constitutio. pro hac sententia facit q̄ iuramentum intelligitur esse positum rebus existentibus ut nunc. c. cū inter p. de reuincia. extra glos. in c. quēadmodū. extra de iure suran. nō igit̄ cōtra venit is, qui augmentum petit, modò quod percepit in legitimā imputare non recusat. Hęc est meo quidē iudicio sanior opinio, licet pluribus cōtrarium placuerit, ut videre potes per Ias. in. d. l. si quando, nec obstat (inquiunt). c. cū martinus. quia ibi fauor cultus diuinī cōsiderabatur. Ego fateor illū fauore esse innumeris gradibus superiorē. Sed video fauore legitimā a. l. ciuili. valde considerari ad instar cause p̄e. c. fina. xvij. questio. iij. quod satis esse existimo, ut argumentum ex eo, c. cum martinus. ad nrām decisionem assumere liceat.

*dy Alberi 17
Vita parentis
explicativa
potius postea
B. r. q. 20*
COccasione premissorū aptissimè queri potest, an liberi in vita parentis legitimā petere possint. In eā rem multa dici possunt. Ero tamē breui decisione contentus. Filii legitimā viuo p̄e nō habent tex. in. l. j. §. impuberi. j. de col. bono. ibi præmatura enim est collationis species, cum adhuc viuat, is eius de bonis quarta debetur. Adduci etiam potest conclusio precedens quod inspicitur tempus mortis. d. l. cū queritur. Preterea noua ratioē id cōprobari potest, quod viuo p̄tre dominiū sui patrimonij apud eū fuerit, ex quo cū legitima detrahi debeat sitq; paternae sustantiae portio, in eadem duos dominos insolitū ponere oporteret, cui lex resistit. l. si ut certo. §. si duobus vehiculū. §. comoda. cū vulgarib;.

CIn hanc cōmunē, decisionē cōplura allegari possunt prior tex. in. l. in suis. §. de libe. & posth. vbi viuo patre, filii bonorum paternorū dominū sunt in legitima igit̄ multo fortius. **C**Secundō, hereditas patris adhuc viui est quasi debita filii glo. in. l. iij. C. de iur. & fact. igno. glo. in. l. fi. C. de codicill. quod inueniri non debuit inutiliter. l. hęc stip. §. i. j. ut lega nomine caueatur.

C Tertiò, legitima debetur iure naturæ. I. cū ratio. J. de bonis dam. Sed naturalia sunt immutabilia. S. sed iura quidē. Insti. de iure natur. gent. Si igit̄ post mortē est debita filij, ergo an mortem aliam in eadē aliquid immittatum reperietur.

C Quartò, legitima dicitur es alienū. I. papinianus. S. si ipsa bes. S. de in of. test. qui licet loquatur, de quarta filij arrogati, multo fortius de legitima intelligi debet. Cum igit̄ es alienū dicatur id viuo patre qui debitor est, deberi constat.

C Vltimo, potest adduci, quod pater & filius sint eadē persona. I. fi. C. de impuber. S. ei qui. institu. de inutilib. stipu. c. contradiximus. xxxv. quest. ij. Sed pater habet ius eo viuo ergo & filius, aliam diuersitas personarum ponenda esset.

C Rationibus tamen superiobus, quæ tātum ad id valent, ne auditores fucatis quibusdā rōnibus à vera iuris decisio- ne depellant, non est à conclusione discedendum.

C Prima nō obstat, quoniam licet filii sint domini viuo p̄rē dominiū illud est intellectuale secundū docto. ibi, ego existi- mo esse quoddā dominiū in spe & intentione, tam patris q̄ filij, lex enim quæ semper bona presumptionē habet & nihil sinistri suspicatur. I. inter stipulantē. S. sacrā. S. de verb. obli. videt futurū, bona esse filiorum. In primis, si pater nō dispo- nit, quia ab intestato admittent̄, insuper si disponat liberos vocare debet. I. inter cetera. S. de libe. & posth. Si tamen po- neres filiū igratū, nec dñs est, nec ab eo filiatiōis nomē reti- net, vt. S. dictū est. **C** Altera obiectio iā sublata est ex p̄cedēti declaracione, hereditas em̄ est quasi debita spe & legis or- dinatione, quæ dispositū patris hereditatē filiorū esse, quorū voto pater oīa q̄sliuit. I. scripto. i fine. J. vnde liberī, executio tñ illius iuris viuo patre fieri non debet, nec lex patitur, ne patrī tollatur libera illa bonorum dispositio, quæ cuīq̄ dñō de re sua cōcessa videtur. I. in re mandata. C. manda.

C Tertia etiā soluitur facile, nam legitima debetur iure na- turæ, mortuo patre, ea etiā patris voluntate, quā fateor im- mutabilē, etiā si filius aliquid cōtra patris volūtatē (citra in-

Primum Cap. Repetitio I. in quartam.

gratitudinis causam) fecerit, auctoritic. hoc amplius. C. de fideicommiss.

¶ Quarta parum etiam facit, licet enim quarta filiorum arrogatorum sit es alienū per illū. §. si impubes. id eō est, quod ex contractu debetur, in arrogatione enim illud pater arrogans polliceri videtur. §. cum autem. institu. de adoptio. I. si arrogator. §. de adoptio. quod in legitima dicī non potest, quare devna ad aliam argumentum assumere semper non licet.

Legitima etiam alia cōsideratione æs alienum dicī posset, quod d' omnibus etiam à patre honoratis filiis pro eadem præferant & veluti creditor patris omnes antecellit, qui ex testamento se aliquid precepturos contendunt. arg. I. fin. §. & si præfatam. C. de iure delibera.

¶ Ultima etiam ratio est subtilis, sed non persuadet omnino, quoniam pater & filius tunc demū eadem persona funguntur, quando questio esset cum aliquo tertio, at cum relatio patris ad filium, aut econtrario facienda est, duę personæ etiam iure ciuilicē censemur, ut dixi in materia pupillaris in. I. si testamēto. C. de impuberum, declarat iureconsulatus. in. I. in suis. ubi pater genitor, filius genitus dicitur, hoc quidē proposito relatio patris ad filiū sit, pater is est ex bonis cuius legitima debetur, filius is, cui debetur.

¶ Hæc conclusio tamen, quæ vult filiis in vita patris legitimam non deberi, pluribus casibus limitatur.

Primo, si pater vellet aliquid filios pro legitima largiri, arg. I. cum quo. §. fin. supra eodem. Cum enim id introductum sit fauore patris, potest pater per facile renunciare. I. penul. C. de pact. I. si iudex. §. de minorib. hoc priore casu, si filius legitimam dissiparit, non tenetur pater rursus legitimā assignare Bar. & Pau. in. I. si cū dotem. §. si post. §. folut. matri. ego existimō patres absq; causa honesta liberis in vita non debere legitimam dare, ne causam eis prebeat, ut ea consumpta, eoq; mortuo, filij mendicare cogantur.

¶ Limitabis secundò, quando filia esset cōiugio matura,

S. J. Dotane
Caro filios
Vnde
Vnde

quoniam pater officio iudicis compellitur filię legitimam siue dotem constituere. l. qui liberos. s. de ritu nupt. l. fin. C. de sur. dotium. Et an postea quām semel nupsit, cogi possit, pater, vide Bar. in. l. obligamur. j. de actio. & obliga.

Tertiō, conclusio locum non habet, vt inde pater alimen taliberis negare possit, quantumuis ea in alimentorum locum successerit, pro hac limitatione est tex. in. l. si quis a liberis, in. l. penultima, supra de liberis agnoscend. quod ex differentijs quas supra posuimus, apertius est, quibus adde, quod naturalis pater etiam si partus nefarius sit, ad alimenta cogi potest, non modo pro partu sed & pro matre illius, si ea aliud vivere non possit. Et vidi etiā clericos, & sacerdos tes per iudicē temporale cōpellī ad huiusmodi alimēta im vendenda, quod ex iure quodam naturali trahit initium.

Quarto fallit cōclusio, quando statuto cauetur, legitimā dñi bonis patris ahuc viui, debere solvi pro mulcta quā liberi delinquentes incurrerunt, quod statutum esse validum teneat glo. rubric. de decretis decurio, lib. x. C. Bal. in. l. j. C. ne filius pro patr. nu. vj. vbi ait patrem etiam teneri si filius iniuste sit cōdēpnatus vide Bar. in. l. cū filius. ff. de ver. obl. & eūdē i. l. stichus in fi. s. de pecu. legi. vbi vide, an qđ p̄t sol uit pro cōdēpnatione filij, in legitimā imputet, nos. j. suo lo co dicemus.

Quinto, etiam si nullum sit statutum, tamen si filius propter delictum detineatur in carceribus, multo facilius si propter debitū ciuile, cogi potest pater officio iudicis, vt assignet legitimā pro filio redimendo. Si enim pro dote dāda, si pro alimentis cogatur, ergo pro vita filij conserua nda & libertate, carcer enim perpetuus, & seruitus illa morti equiparatur. l. intercidit, supra de cōdition. & demonstrati. l. seruitutem. ff. de regul. iur. facit text. in auctent. si capti ui. de episcop. & cleric. hunc casum se audisse à cancellario Franciae citat Guill. bened. in verb. in eodem testamento in primo numer. ccxv.

Primum cap. Repeti.l.in quartam.

C Sexto fallit, in filio iudei ad fidē conuerso, qui viuo suo patre legitimam petere pōt. Io. de Ana. in c. iudei de iud. in antiqu. Licet Fel. ibi putet cōtrarium verius, ne facile à regu lis cōmūnib⁹ recedat. Ego existim⁹ hāc līmittationē seruari debere in curijs Franciæ, in quibus tantopere æquitas seruatur, quę multoties suadet regulas iuris ciuili omnino non sequendas, at nostro hoc casu maximā esse rōnē specia litatis ne in iure debitare potest. argu. I. cognouimus. C. de heret. Guil. bened. hanc partem sequitur vbi supra.

C Septimo, petetur legitima viuo patre in casu. c. cū simus de regula. & trāseū. ad religio. vbi pater cum filio infante & bonis ad monasteriū quoddā se contulerat, deinde cū filius annos discretiōis attigisset exire maluit. Pōt. inquit tex. bonaq; paterna feret, quod glo. ibi notabiliter dicit intelligen dū de legitima, qm reliquū in monasterio remanebit auct. ingressi. C. de sacrosanct. eccl. ibi non distinguitur am ter esset naturaliter mortuus necne, nec nos distinguemus. I. de precio. s. de public. in rem actio.

Sorger, 2.

Extra hos casus, filij viuo patre legitimā petere non possunt, & (ut ad nostrā principale conclusionē redeamus) ita latius cōstare videtur, tēpus mortis attendēdū esse, in dijudi canda quātitate patrimonij, ex quo legitima ipsa detrahenda est. **C** Hāc conclusio, ex precedentibus. Primo līmitati potest in his casib⁹, quibus diximus statū, viuo patre legitimā deberi, tēpus enim illud quo legitima per patrē dāda est, inspicietur. Bal. in. l. ij. C. de adoptio. Ludo. R o. in. l. si filio. s. solu. mat. hos refert & sequitur Ias. in. d. l. cū q̄ritur.

C Secundo hec conclusio locū nō haberet, qñ pater faceret immensam quādā donationē de rebus suis in quibus cōsisteret substātia patrimonij. Quoniam, cū ex illa donatione aliqua pars notabilis esset per patrē alienata, si tēpus mortis consideret, legitima multotiens esset per exigua, cui lex vehementer resistit, quare attenditur tempus quo sit illa donatione, & incumulo, res ille donatae reponi debent, aucten, vna

Cū līmitati
potest in his casib⁹

nō habet locū
tempus quo sit illa
donatione

Secunda præfatio. *Fo. xxvij.*

dē si parens. C. de in offi. testa. quę corrigit. d.l. cū queritur
aut līmittat in eo casu, cuius ratio decidendi infra subiçiet.

¶ Super hac secunda līmittatione que habet materiā quo-
tidiana, est diligenter aduertendū, quia pauci eā rectē intelli-
gunt. In primis licet vīdere, quid sibi velit hæc līmittatio.
Deinde qñ donatio dicatur immēsa. Postremo conclusio q
ex hac līmittatione colligīt, est latissimè exanimāda. ¶ De
clara ergo sic, titius habet suū patrīmoniū, quod assis appell
lemur significatur, habetq̄ filios tres, aut quatuor. Pone tū-
tum dedit tre s vncias ex duodecim, quas habebat, puto
ego legitimā filiorū esse quatuor vncias earū duodecim, &
licet tēpore mortis, nō esset nisi nouē vncię, ex quibus triēs
tres vncias cōtineret. Attendetur tñ tēpus donationis quo
habebat titius duodecim & triēs tunc quatuor vncias cōti-
nebat, hoc vult nostra hæc secunda līmittatio. Posset exem
plū alio modo singi vt per Pau. de cas. in. d. auct. vñ si parēs.
(q verē solet tex. intelligere,) Sed eius figuraione ad aliud
statim iuuabimur, quo donationē i officiōsa esse oñdemus.
Est igitur inofficiōsa donatio immēsa secundam glos. &
doctores, quæ excedit dodrātē, hodie quæ excedit bessēm,
hanc declarationē nō probo, nunquāq̄ probauī. Ideo puto
donationē duplīci consideratione immēsam dici. Prīmo po-
test cōsiderari immēsa, vt videat quātitas honorū ex qui-
bus legitima sit per filios accipienda, indiceturq̄ quāta esse
debeat. Et hoc casu immēsa est donatio, etiā si patervnciam
solā dederit, vbi cūq̄ em p donationē dīminueret legitima,
immēsa vocari debet, vt in nostro proposito sumiſ. De hac
immēsitate loquit rub. de immē. dona. in auct. col. vij. & in
d. auct. vñ si parēs. Et facit, vt illius tēpus cōsideretur & nō
mortis, alioqui p̄ posset dare mediā honorū pte, & alterius
medię quę esset in bonis p̄ tēpore mortis, triens vel semis
acciperetur, quod est contra casum. d. auct. vnde si parens.
¶ Altero modo dīci potest donatio immēsa, vt videas
tur an competat filijs reuocatio, quibus legitimā debetur.

g in

Primum Cap. Repe.l.in quartam.

Et immensa tunc dicitur, quæ excedit dodrantem secundi
glo. in. d. auctenti. vnde si parens, que loquens de dodrante
cernit ius antiquum, quo legitima erat quarta, hodie tamē
diceretur immensa in hanc significationem per quam alie-
nat ultra octo vncias, si liberū sint infra quatuor, vel aliena-
tur ultra semissimē si sint plures, sic dicitur inofficiosa habi-
taratione ad numerum liberorum. Et de hac immensitate
loquitur rubric. de in offici. donatio. C. quæ etiam, immo
multo magis faceret rationem temporis haberī, quo dona-
tum est. Pone exemplum secundum Paul. de castr. pater
habet quatuor filios habetq; duodecim vncias, etiam si mi-
nima sit hereditas, pater dat primogenito, decem vncias
supersunt duæ, moritur pater, his quatuor filiis institutis,
aut intestatus. Alij tres filij, quibus nihil datum est, petunt
legitimam in bonis patris, is cui iam decem vnciae erant
traditæ, consentit, quod capiant illi tres legitimam ex dua-
bus vncijs, quæ erant patris tempore mortis dicens esse
tempus mortis inspiciendum, dubium est, an triens illa-
rum duarum vnciarum, an triens duodecim, sit legitima
filiorum, nostra limitatio vult attendi tempus quo do-
natum est, & ita ex duodecim triens assumetur, quia im-
mensa est donatio, secundum primā acceptiōnem nō est du-
biū, etiam si duæ tantum vnciae datae fuissent, ut supr
dixi, secundum ultimam acceptiōnem est etiam immen-
sa, ideo sit reuocatio per hos filios, vsque ad quantitatē
eis debitum. Quilibet igitur filiorum habet vnciam pro
legitima reuocatione facta, quæ quidem reuocatio non
fieret, nisi donatio immensa esset, secundum ultimam ac-
ceptiōnem, & ita vides necessariō immensitatem dona-
tionis dupliciter esse considerandam. Colligitur igitur ex
hac limitatione conclusio, quod legitima filiorum eius, qui
donationem aliquam fecit, est triens vel semis honorum,
quæ erant eius ante donationē per illā aucten. vnde si parē-
ratio conclusionis est, quod liberalitas patris non debet

Conclusio

conuerti in pernicien & dānum filiorum, quibus ex voto
parentes omnia quærunt vulga .l. scripto . in fine vnde
liber. & lex prefert commodum filiorum, his qui hanc
liberalitatē sentiunt, cū filij de damno vitando certēt. & lex
defendit vtilitatem patrum, quos deinde peniteret patri
monium exhausisse, quo sit, vt per superuenientiam libe
rorum fiat donationis reuocatio .l. si vnquam. C.de. reuoc.
dona .l. si totas. C.de immē. donatio. vel in totum, vel usque
ad legitimam secundum qualitatem donatarij, quod dic vt
ibi per docto. ratio autem rationis est, quod pater filium vi
uere mauiuit que se ipsum, eumq; plus se diligere videtur .l.
liberorum. de verb. signific. l. isti quidem supra de eo quod
met. causa. ¶ Ampliabis, etiam si donatio fiat nō vni ex
liberis, sed extraneo etiā, licet enim tex. in. d. auct. vñ si pa
rens. ponat exemplū in donatione facta vni ex liberis, & idem
in corpore vñ sumitur, tamen longē maiori ratione res ex
traneo donata computabitur in patrimonio, aut reuocabi
tur, si liceat, cūm quantitatē honorū metiemur, ne sint extra
nei melioris conditionis quam liberi .l. j. C.de in offic. dona
tio. Et exemplū ideo ponitur de donatione filiis facta, quod
sepius accidat alicui ex filiis donationes istas fieri, est tamē
maxima differentia quantum attinet ad reuocationem, an
filio an extraneo donatio facta fuerit glo. in .l. si totas & ibi
docto. C.de in offic. donatio. Bart. & Imola. in .l. titia. seio.
§.imperator. de leg. ij. Pañ. in. c. fi. de dona. per tex. in .l. si li
bertus. §. penult. de iure patronatus. j. nisi quando extraneo
pter benemcrita que probarent, esset facta, glo. & doct. in
ea auct. vnde si parēs. vide ibi Ias. nu. xix. quantum tamē ad
computationem rerū donatarum attinet, nihil prorsus differē
tiæ ponī potest, donetur filio, an extraneo.
¶ Secūdō extēde, etiāsi post hanc donationē filij, qui legit
mā petent, per patrē heredes sint instituti, acceptarintq; por
tionem, quæ minor fortē esset quā legitima, vbi nulla fui
set facta donatio, possunt adhuc hi filij petere donationis

Primum Cap. Repe. I. in quartam.

reuoocationē, quibus ius reuocādī tāc̄ filijs cōpetit, Bal. Sa-
lic. & Ias. in d. auct. vnde si parens, licet qn̄ filij veniūt vt he-
redes, cōtra factū patris venire nō possint. l. cū à matre. C. de
rei vend.

C Tertiō amplia. siue hīc pater moriāt testatus, siue intesta-
tus, quoniā nīsī integra legitima pro rata bonorū, quē erant
patris tēpore donationis, liberis relinquatur, conqueri pī
Paul. & Ias. in ea auct. vnde si parens.

C Ampliab. quartō, vt cōputatio rerū donatarū fiat, etiā si
propter benemerita dationē factā, suisse ponas, glos. in illa
auct. vnde si parens, quē à docto. probatur ibi.

C Si obiectas, qui fieri potest? Quod vni ex filijs donatio in
offi. facta sit, cū donatio iter patrē & filiū iure nō probef. l. i.
C. de immē. dona. l. si filius. C. de dona. Respondeo, nō esse
prohibitū filio emācipato donari. d. l. i. j. preterea non prohibi-
betur mater filio donare, dūmodo nō sit filius in pītate mari-
ti ipsius donatricis. l. si cōstante. C. de dona. inter virum &
vxo. quibus casibus de legitima tractari pōt. Sed & dona-
tio per patrē filio in pītate fieri pōt, pluribus de causis, & iter
ceteras, si favore matrimonij fiat. l. pomponius. § famil. her-
cisc. Item si iuramentum interuenit, vide Bart. & alios in l.
frater à fratre. supra de conditio. indeb.

C Ex hac conclusione sic ampliata, infero quod si in con-
tractu matrimonij, titius dederit mediā partē bonorū, vni
ex filijs, vt fieri pōt, (hmoi ēm pacta matrimonialia etiā de fu-
tura successiōe hodie inter oēs approbant, vt oñdi in c. vno.
de filijs natis, in vslib. feud.) & alij filij pertant legitimā in bo-
nis huius donatoris, legitīa est triēs vel semis eius quod gl-
̄ est ab intestato laturus, ac si donatio illa nūsc̄ facta fu-
set, immo si donatarius velit venire ad portionē reliquorū
bonorum ab intestato v̄l ex testamēto conferre debet illam
mediā partem, nīsī pater expressim prohibuerit collatio-
nem auct. ex testamento. C. de colla.

C Quod verum non esset indistincte in casu, quē habui de
volvōng. C. vslib. l. s. p. 67. t. 2. q. 1. f. 1. v. 1. m.
gl̄y mūs̄ p. 1. q. 1. f. 1. v. 1. m.

factō Titius collocauit filiū proprium matrimonio, in pa-
 ctis dotalibus, m edia pars honorū fuit donata primo geni-
 to, qui nasceret ex hoc matrimonio, mortuus est titius cui
 filius, q̄ matrimonii cōtraxerat, successit posseditq̄ oia hæc
 bona. Suscepti sunt plures liberi ex hoc m̄rimonio, deinde
 pater horū liberorū mortuus est, cōtrouersia fuit nō medio
 crīs inter hos filios predicti m̄rimoniū, ex quib⁹ bonis as-
 sumet legitīa, an ex oībus bonis aut̄ ipsorū, an ex media pte
 honorū p̄s, alīa verō media sit primogenito ex vī pacti p̄-
 cipua. Plures doct. tenuerūt ipsos filios h̄c legitimā ex oī-
 bus bonis, que fuerūt reperta inter manus eorū p̄s, quia at-
 tendit quātitas honorū aut̄ tēpore m̄rimonialis pacti. Sed
 ego puto esse cōsiderādū, an h̄c donatiō fuerit facta cōtem-
 platiōe illi⁹ nepotis, & m̄rionij cā, sic quōd titi⁹ filio nō erat
 daturus aliās, & hoc casu arbitror, q̄ media pars remaneret
 p̄cipua primogenito ex vī pacti, que media p̄s nūc fuit pa-
 tris, quoad proprietatē, quare primogenitus habet mediā
 partē honorū p̄ dispositionē aut̄, & deinde à suo p̄e ex altera
 media pte legitimā accipiet, nec teneat cōferre cum fratrib⁹,
 suā mediā partē, que nūc fuit eius, cui succedit. Nec obstat
 q̄ donatiō facta nepoti primogenito, cēseat facta cōtempati-
 one eius filij, qui cōtrahebat matrimonii, & ita oia bona se-
 mel videntur fuisse patris. l. dedit dotē. ī. de coll. bonorum.
 Quia intelligo decisionē meā, vt dixi qñ h̄c auus dedit ne-
 poti primogenito cōtemplatione illius & ita loquit̄ tex. in. l.
 auus neptē. ī. de iure dotiū. Si tñ cōtemplatione sui filij exp̄-
 se aut tacitē, q̄a fortē dubiū est, cuius cōtemplatiōe esset facta,
 donatiō, (quo casu cōtemplatione filij secūdūm Bar. in. d. l.
 dedit dotē, facta censem) his duobus casib⁹ perinde est, ac si
 oia bona fuisset huic p̄i donata. Cōsidera igit̄ ex cuius ho-
 nis legitima petaf, & q̄s donationē fecerit, itē cuius cōtempa-
 tionē. Aduerte etiā q̄ superior cōclusio quæ vult tēpus
 donationis considerandū, intelligit, qñ bona p̄s donatoris
 remanserūt in ea ipsa estimatiōe, si aut̄ aucta essent postea,

Primum Cap. Repe.l.in quartam.

ñō solū tēpus donationis cōsiderat, sed & mortis. Sīc, quōd bona, quē sunt p̄tis tēpore mortis, cumulabuntur cum rebus donatis, nec igit̄ bona sola, quē erant tēpore mortis, nec ea sola, quāe erant tempore donationis, sunt inspicienda, sed omnia simul. Quod filiorū fauore introductū fuisse puto satis oportunum esset adiungere, an aliquo casu pater inter viuos legitimam minuere posset, quod plenius in tertia præfatione dicetur.

*Quid p̄tis ratiō
q̄ p̄tis differtur
q̄ p̄tis legitimam
līcō p̄unda q̄
p̄tis q̄mque
līcō q̄mque
p̄tis q̄mque
līcō q̄mque
p̄tis q̄mque
līcō q̄mque*

¶ Restat ut expediamus quīntum illud propositum, vide licet quid in causa est, quōd sit dispar, legitimae quantitas, quando sunt quīnc, aut sex, quām si sunt tres aut quatuor. Ad quod per facile videtur posse responderi per text. in. §. i. de trien. & semis. & ibi glo. in. verbo octūtium, cum per diuisiōnē in cōplures partes, res reddatur insensibiliis, & cūq̄ inutilis quanto ergo pauciores p̄tes fiunt, tanto sunt maiores, itaque, triens est mediocris, si in quatuor partes distributur qui si in plures quām quatuor deberet diuidi, valde exiles essent portiones. Ad multiplicationem igit̄ portiōnum, aut portiones valde tenues erunt aut oportet rem distribuendam maiorem esse. Cum ergo ex triente portiones vltra quatuor cōmode fieri non possent, visum est æquius semissem inter liberos plures quatuor, diuidi, qui si in quīc distribuatur, vnuſquisq̄ maiorē habet partē, quām habeat quatuor ex triente, ita sit consequēter, vt quīnc filiū maiorē habeat legitimā, quām quatuor, legitimā in quāndi librorū & sex æqualis est. Ad seruādū igit̄ equalitatē inter filios, fatendū est, ad inegalitatē deuentū fuisse, p̄ quādā cōsequētiā sicut in p̄cipio dixi, ad seruādā volūratē testatoris factū est, vt cōtra eius volūtatē falcidia trebellianicaq̄ detrahēret. Nā quōd quīnc filiū maiorē habeat quām quatuor, nō est ea ratio quōd sint quīnc, nec alia vlla dari pōt, quōd p̄cipialis statutū ita sit. Sed vt dixi ī cōsequētiā tollerat ar. l. i. ff. de auct. tutor. l. in modicis. de contra. empt. c. ex literis c. cum seculum. de iure patro. ne in tot partes multiplicatus

triens portiones penè insensibiles fierent, eoque casu id quod distribui deberet malus esse oportuit. Sed obiectat proiectus quare nō fuit statutū, ut quinqꝫ diuiderēt trientē, deinde sex semissem, ut quinqꝫ nō plus quam quatuor habuissent. Dico adhuc reperiri inegalitatē, quia sex maiorē habuissent quam quinqꝫ, si enim sex, sunt équales quatuor, & quatuor maiorem habuissent, quam quinqꝫ, ergo sex maiorē quam quinqꝫ erant habituri, legitima insuper quinqꝫ filiorū nimis parua esset. Sed adhuc instabit, mirum est (inquiet) quod iuria patiuntur quinqꝫ plus habere quam quatuor, & tamen quatuor minus habet quam tres, dicit ut supra, id tollerari in quandā necessariā consequentiā, & inueniēdā æqualitatē, estque iuris positivū, ubi sufficit pro ratione voluntas glo. in l. i. §. initium. in verbo ratus. §. de postul. insuper nō oim &c. l. nō oim. §. de legi. p̄cipue in principijs & fundamētis iuris nostri ex quibus ad alias decisiones ratio reddī debet.

V L T I M O loco, circa hanc quantitatem legitimæ querō an liberi qui non admittuntur ad legitimam faciāt partem, id est an debeant haberē in numero liberorum. Huius rei utilitas est, quoniam si dicamus eos esse in numero locandos alia erit reliquorum legitima, alia vero, si in numero non sint. Antequam tamē ultra progrediar, velim te meminiisse eorum, quæ dixi in ea questione quibus debetur legitima, etenim hoc loco de his dubitamus, quibus legitimam non deberi asseruimus, an faciant partem, licet nō admittantur ad partem. Quia in re doctores pluribus in locis & obscurè & variè loquuti sunt Barto. Paul. Imol. in l. planè. §. si duobus. Ange. ia. §. prodeesse insti. de successio. liber. Salic. Alexand. Ia. & repetentes in auct. nouissima. C. de in offic. testa. Ego puto hunc locum difficultē quidē clare declarare posse, per sequentes casus.

Primus est qñ liberis nō debet legitia dispōne legis, etiā si nullo hoīs facto excludantur, de his multiplex dari pōt exē plū, vñ de frē turpi persona nō istituta q̄ à lege eo casu i hōis

Primum cap. Repeti.l.in quartam.

fratris legitimā nō habet. Alterū de ascendentibus, qñ is eius de bonis agit liberos reliquit. Tertiū est de naturalibus respectu patris, qui legitimos & naturales habet, aut alia superest persona quę illos excludat. Quartū de adoptiis qui remanent in sacris p̄tis naturalis. Quintū de is qui à statuto excludunt ut puta si masculis existentibus filiae nō admittantur. Sextū, in liberis, qui religionē ingressi sunt. Oēs hmoi à legitima exclusos esse per legem. S. satis ostēsum fuit, pro

quibus est p̄brevis decisio, ut nec ad partē admittat nec p̄tē faciant, minusq; inter eos sunt habendi, qui legitimā petet, nullaq; horum mentio est, quātū ad legitimā attinet, facie da, p̄inde atq; si nusq; fuissent. Declarat Paul. castrē. in.d. s. si duob. cui⁹ rōne esse dicit quod hī oēs pro mortuis habetur, respectu eius de cuius bonis agit, hęc tñ ratio nō longe abest à dicto, ideo nō satisfecit. I. qui interrogatus. S. de peti tio hered. glo. in.l.j. s. de exceptio. est igit̄ rō quod omnes hi sunt exclusi si ex testamēto nō vocent, nec eis remediu vllū cōpetit, etiā si nullo proprio facto indigni effecti sunt, & his legitima debet, q̄ querelā aduersus testamētu intētare possent, vt. S. oñdimus, fateor tñ rationē posse etiā ipugnari ex his quę dicent in sequentibus cōclusionib; Sed sunt hec quedā persuasiones, quibus doctores istud afferere impellū tur, quod sufficit, postq; nulla in contrariū subsistit equitas. Ex hac prima decisione elicis secundū doct. quod si frater, qui honestā psonā instituit, mortuus est superstite matre, & fratribus vtrincq; cōiunctis, legitima matris est quatuor vni ciarum, qm fratres neq; faciūt partē, neq; admittunt ad p̄tē per hanc cōclusionē, ideo mater integrā habet, hanc decisio nē ponunt Bal. Angel. & Alex. in.d. s. si duobus. Cōtraria opinione q̄ tertia ps eius quod mater ab intestato debet habere, sit eius legitima tenet Bart. in.l. pater filiū. & Paul. de cast. dicit in.d. s. si duobus se non esse siue magna dubitatio ne, ego etiā sum valde dubius, quod nolim portionē ascēde tiū diminui. Tñ de iure verior est opinio Bar. per ea q̄ supra

dixi ex. l. parentibus. C. de in offic. testa. videlicet q[uod] legitima est triēs. i. tertia pars eius quod quisq[ue] est ab intesta. &c. nec obstat nostra cōclusio, qm̄ licet fratres nec faciat partē nec admittant ad partē, id verū de parte legitimę, sed bene fac iunt partē, & admittunt ad partē successiōis ab intestato, ex qua successione ab intestato mētimur legitimā, ut supra plures diximus. Preterea nō obstat obiectio Bal. dum ait m a trē posse facilē fraudari, qm̄ (inquit) si hic defunctus sex fr a tres habet, mater non haberet, nisi tertia partē septimae p[ro] i s. Ego puto istud non posse considerari, quia etiā legitimā liberū secūdū numerū eorū potest diminui, insuper posset hic defūctus nullos habere fratres, ergo ex. l. de fideicōmissio de transac. C. Similis difficultas mouerī potest, de filiis naturalibus & legitimis cū adoptiūis, nā licet adoptiū i nō admittant ad partē nec faciat partē legitimae p[ro] nostra in hanc conclusionē, faciunt partē tñ successiōis ab intestato, ideo ex p[ro]p[ri]a adoptiōrū legitimā horū diminuit, quorū maior esset, si ipsi nō extarēt. Nec mouearis, quod hi fratres in primo casu, aut adoptiūi filii in secundo, alterū impediāt, & nihil sibi prosint, qm̄ simile expressum est in. §. cōsidere mus, in auct. de trien. & semis. col. iiij. no. in. c. auctoritate, de concessi. prebend. in. vj.

C Sequit scđo quod si quis quatuor habeat filios, & quintū, qui ingressus sit religionē, & professus, legitimā aliorū est triens. Idē si quis quatuor filios habet, & filiā per statutū exclusam, qm̄ h[ec] filia nec partē facit nec admittit ad p[re]tē, vide Angel. in. d. §. prodesse & doct. in predict. locis.

C Tertio infero, si quis quatuor habet naturales & legitimos & aliquot bastardos legitimā esse triētē, qm̄ hi qui aliorum interiētū à legitima repellūtur, nec partē faciūt, nec ad p[re]tē admittunt. Potes inferre & exēpla ponere de his quos expressius declarauī. §. in qbus nō potes dubitare, an sit locus iure acrescēdi, qm̄ portio nūc vacauit nec vñc à lege relata fuit. Imo superiores oēs ad instar extraneorum omnino,

tertius de casus quos filii pueri et legitima
Primum Cap. Repetitio I. in quartam.

quantum ad legítimam attinet, sunt censendi.

C Secundus casus, quando filij priuantur legítima factio
testatoris, veluti exheredatione, quo casus maxima est inter
doctores varietas, ut lícet videre per Alexad. in. d. §. si duo
bus. Verior tamē mihi videtur opinio Paul. de cast. q̄ hip̄
tem faciant, & in numero liberorū habeant, quod est secun
dā eūdē ibi nu. v. cōforme iuri & equitatine exhereditatio si
lij prosit, aut obsit alijs ftatrisbus, exhereditatio em̄ fit ad cōmo
dū heredis, & nō filiorū, vt in similī not. in auc̄. hoc ampli⁹

C. de fideicōmis. Et puto vrgentē rationē dari posse, quod
exheredatus ab itestato admittere. Si em̄ testamētū nō va
let, nec exhereditatio pōt cōsistere. I. filij. §. si cū exheredato.
J. de bo. pos. cōtra tab. I. si ita. §. si. §. de libe. & posth. Et cū in
deferēda legitiā, inspiciatur quātitas eorū, que q̄s ab itesta
to est habiturus, ei lex assignauit legitiā, qua deinde indi
gnus est filius propter ingratitudinē effectus. Cui autē hēc
portio legitiā acrescat, an alijs fratribus, an herediſ pendet ex
hoc articulo difficultas, quā vide p Alex. & Ia. i. d. §. si duo
b⁹. Ego teneo q̄ puenit ad heredē, q̄ rep̄sentat testatorē cui

*pudicū reges
lēti p. dicit
ad Ereditate*
*Testamento
fuit q̄*
et glori
hunc curios
*q̄ p. remunimur sicut p. h. in id modū. Et p. h. p. m. id
procedit dico p. s. Et q̄ p. remunimur et p. h. Curios p. m. id
remunimur q̄ p. remunimur et p. h. Curios p. m. id
p. h. Curios*

iniuria facta dicitur p ingratitudinē filij exhereditati. An in
legitiā sit locus iuri acrescēdi i. l. re cōiūcti post doct. posuit.

C Tertius casus est, q̄n liberi excludunt à legitiā facto pro
prīo, cuius exemplū est duplex. Primum, si propter delictū
efficiatur in successibilis, vt quia deportatur filius, aut dam
natur in metallū, & tunc habetur pro mortuo. I. j. §. quid si
filium de bono, pos. contra tab. I. si necē. §. deportatus. j. de bo
nis liber. Secundum exemplum est de eo, qui renunciavit,
& remisit cum iuramēto. c. q̄uis de pactis in. vi. Super his
exēplis pone duas cōclusiōes. Prima quādo filius non ha
bet legitiā, quia in capax est delicto suo tū nec facit partē
nec admittitur ad partem. d. I. j. §. quid filij. Altera est quā
do renunciatione filia excluditur. Et facit partem & ad pte
admittit, siue ea moriatur viuo patre (& hoc relictis ex se li
beris) siue post eius mortē, qm̄ dūmodo aliquid habuerit age
q̄ p. h. q̄ p. remunimur sicut p. h. in id modū. Et p. h. p. m. id
procedit dico p. s. Et q̄ p. remunimur et p. h. Curios p. m. id
remunimur q̄ p. remunimur et p. h. Curios p. m. id
p. h. Curios

tur ad supplementum. Si verò nihil habuerit, renunciatio
nihil valet, ut dixi superiori loco, reliqua, quæ hic prolixius
dici possent, vide per doct. in locis preallegatis. Satis est ex
prædictis declarata prima conclusio circa tertium quæsitu
principale quāta videlicet sit legitima.

Terciade
Conclusio
Ecclomis
Possedit
Ecclomis
Lege
Constituta
Sonculpsio

¶ Secunda cōclusio loquitur de legitima ascēdentium quæ
eiusmodi est. Sicuti legitima liberorum (quā iure antiquo
quartam fuisse diximus) aucta est pro liberorū numero, ita
parentum legitimam esse auctam clarissima & vna omniū
voce decisum est, si etenim duo sunt, tres aut quatuor legití
ma eorū est tertia pars eius quod ab intestato habituri sunt
tex. est in auct. de triē. & semis. vers. hoc obseruādo iūcta gl.
ibi in verbo oībus. tex. in auct. qb. mo. natu. effi. sui. & glo.
ibi in verb. cōpētēt. col. vi. hāc cōclusionē oēs doct. probat in
auct. nouissima. C. de in offi. test. Si verò plures sunt quām
quatuor, quinque fortè, aut sex media pars eorū, quæ ab intesta
to erant habituri. Quod si forte durum tibi aut difficile vi
deatur, quod aliquis tot parentes relinquere possit cum na
tura uno patre una etiam matre sit contenta, non est quod
moueri debeas, nā potest quis habere duos auuos ex patre
duos ex matre, qui legitimam habent patre & matre præ
defunctis, & superesse possunt quatuor proauī ex linea pa
terna & totidem ex linea materna. Rarissimè tamen plu
res quām quatuor ascendentēs legitimam petunt, in hanc
concluīionem multa possent incidere quæ fuerunt prorsus
ex precedentibus exsoluta, vnde non putauī ea huc rursus
adducenda.

¶ Tertia cōclusio, legitima fratum aut sororum turpī per
sona instituta, quæ oīm quarta erat, hodie non est aucta,
immo remansit in eo statu in quo usquām fuisse reperitur,
tenet glo. in d. s. obseruando. glo. in auct. nouissima. quā
secuntur omnes ibi, & quod remanserit quarta collatera
lium immutata. Ias. plenissimè in. l. fratres, aut sorores, & su
pra pleraq; retulimus.

egentia glo. in d. s. obseruando. glo. in auct. nouissima. quā secuntur omnes ibi, & quod remanserit quarta collateraliū immutata. Ias. plenissimè in. l. fratres, aut sorores, & supra pleraq; retulimus.

Quo iure debet legimus.

Primum Cap. Repe. I. in quartam.

Q V A R T V M principale circa hanc legitimam est, ut intelligamus, quo iure debeatur? Cui satis respōsum puto sequentibus cōclusionibus. ¶ Vna est legitima in bonis ascēdētiū iure nature liberis debet. §. primū itaq; ī auct. de hered. & falcid. col. i. l. cū ratio. §. de bonis dāna. vult hæc conclusio & ita intelligi debet, quod parentes quadā rōne, quodāvē instinctu naturali moueāt, vt liberis aliquā portio nē honorū suorū relinquant. glo. & Bart. in. §. j. de triē. & le mis. Ideo dicit Bal. in. l. j. §. de iuri. om. iudi. officiū qñch capi pro instinctu nature, vt officium patris sit relinquere legitimā, officiū patris est dotare filias &c. Ita sit, q; pater exhereditans filiū iniuste cōtra officiū faciat, & testamētiū dicatur in officiosum. i. contra instinctum naturæ, quo hi parentes moueri deberēt. ¶ Si q; obijciat, quod legitimæ nomē, alegati uili traxit originē, & ita ius naturæ in eadē nihil statuisse videatur. Secūdo quod legitimā sit mutata, olim quarta hodie triens, aut semis secundū numerū liberorū, auct. nouissima & §. plene, quæ immutatio nō tolleraret, si iuris naturæ lis esset. §. sed naturalia quidē iura insti. de iure natur. gent. Tertio legitimā tolli potest p. exheredationē. §. fi. de immē. dona. ī auct. col. viij. & exheredatio est iuris ciuilis, quod ius naturæ auferre non pōt. §. fi. inst. de legi. agno. tutel. in. l. eas obligationes. ff. de capit. diminutio. ¶ Puto posse rñderi, quod licet nomē legitimæ nō sit interductū de lege naturæ, tñ ex eo naturali, instinctu aliquid filijs relinquere parētes impellebanū, quod deinde lex ciuilis taxauit, & ad certam portionem limitauit, que hodie vocatur legitima. Ad secūdūm dicas, quod licet illa taxatio possit immutari, vt probat argumentū. Tñ nō posset immutari, quin aliquid liberis ex bonis parentū relinquere, & istud iure naturali dicimus introductum fuisse, hoc est naturali instinctu. Ad tertium, sa teor per exheredationē legitimā auferri, vt. §. plenius oñdi. Sed hec exheredatio vim auferendi legitimam nō habere, nisi esset causa ingratitudinis cōmissa, que aduersus ius na

turale cōtrahit. Immo vt. s. dixi, est crīmē qđ iter āgēlos p̄fī
 mo & hoīes deīde ppetratū fuit, q̄ etiā nomē filiorū abolerī
 & oīno pīmī dīximus. ¶ Ex hac conclusione pīmō elīcītē
 maiorem esse legītīmā fauorē quām etiā pīcā cause. c. sīn.
 xvii. quāstī. iij. text. in. l. j. s. ad municipū. s. eodē & licet. s.
 ille sit correctus p̄ auct. similr. C. eo. tamē remanet rō mā-
 ior, quāe erat in legītīma, quām esset in falcidīa. tex. in. l. pā-
 pinianus. s. sed imperator, supra de in offi. testamē.

¶ Secundo infertur legītīmā filiorū esse magis fauorabī
 lē quām sit vltīma voluntas p̄fīs. s. j. de trien. & semīs. ibi trī-
 uncū reliquerūt ex necessitate relinquī. reliquū & c. tex. &
 ibi Paul. de cast. in. l. ij. s. de liber. & posth. De his autē fauor-
 rum prelationibus, quantū ad propositū attinet, sic habeto.
 Fauor legītīmā est maior quām fauor pīcā cause, aut vltīmā
 volūtatis, vt ex superioribū duobus corrolarijs cōstat. Fa-
 uor vltīmē volūtatis, est maior fauore filiorū vltra legītīmā
 d. s. j. de triē. & semīs. vers. reliquū vero subiacet & c. l. scim.
 s. cū autē. C. in of. tes. Fauor reīpublicē iūctus cū fauore fi-
 liorū, etiā p̄ter legītīmā, est maior, quām fauor vltīmē volū-
 tatis auct. res quāe. C. cōia de lega. hæc oīa diligēter cōside-
 rāda sunt si hi fauores sibi inuicē occurrant. Hoc tñ ppetud
 recorderis te(qñ eris iudex) nullo fauore moueri, preterq̄
 eo fortē, qui à iure considerandus est, fauorq̄ vehementer
 vitetur, quo rectum iudīcium subuertitur. c. quatuor mo-
 dis. xj. quēstīo. iij. cum sequentī.

¶ Tertiō ex cōclusione nostra sequitur, parentē in defferē-
 da liberis legītīma esse nudum ministrum legis, quāe iubet
 eum instinctu naturā impulsū legītīmā reliquerē. s. si ve-
 ro nō implens in auct. de hered. & falc. & ita nihil oneris pa-
 ter in eadem imponere potest, vt infra videbis.

¶ Altera cōclusio, legītīma que in bonis descēdētū debet
 ascēdētibū, iure ciuili (prout cōiter doc. tenēt) debet. l. scrip-
 to, i. si. vñ libe. l. nihil. s. j. de bonis lib. j. l. b emācipatis. C. de
 legi. here. l. nā & si parētibū, s. de in offic. testa. Et non iure.

Primum cap. Repeti.l.in quartam.

naturæ, sed potius ordine turbato vt no.in.d.l.nā & si parētibus. nō naturæ voto, aut parentū.l.iulianus.in fi. ſ. si quis omis.causa.testa.Huius conclusionis vtilitas eſſe pōt, quod ea quę iure ciuili debent, lōgē facilius amittunt, quām que iure naturali, aut gentiū.l.quidā ſunt. ſ. de penis. ſ. ſed iura quidē iſt.de iur.natu.gent.& ciuil.ita fit, quod parens per deportationē legitimā amittere poſſit, licet in liberis doctores forte id nō ſentirēt. Sed & alia maior eſt vtilitas, qm̄ preſcriptio, aut statuto(q̄ iuris ciuiliſ ſunt)hec legitima ascēdētiū faciliuſ tolli poſſet quām ſi iure nature, aut gentiū eſt debita, de quo. ſ. diſceptabitur.

Thaec opinio etiam ſi cōis habeat, nō videt mihi poſſe defendi. **P**rimo, quod legitima, immo ſucceſſio ois ascēdētibus cauſa miferatiōis debeat. d.l. ſcripto, miferatio autē l.vehemētiſſimē propellit, q̄ nullū ſinit in paupertate mifera ve viuere, nec anxietyate mori. ſ. fi. de hered. & falſ. coll. j.

TSecūdō, eſt tex. i. ſ. prīmū itaq̄, i. d. auct. de here. ab intel. vbi dicit imperator, tanq̄ hec pars ſecūdū ipsam naturā eis debeat, quale eſt, filijs nepotibus patrib⁹ &c. **T**ertiō tex. in. c. ſi pater, ad finē ibi, licet autē filius testamēto ſuo matrē portione iure naturæ debita priuare &c. de testa. in. vj.

TQuarto, eſt tex. iure consulti in. l.iulianus. ſ. ſi quis omis. cauſa testa. vbi ius ciuile nihil conſtituiffe videt in ascēdētibus quos tex. preſumit descendantibus premorū. **T**Quintō, fortiſſima rō adduci pōt, quod nulla assignari poſſit cauſa, quare pater magis teneatur alere liberos, & eis legitimā relinquare, quām ediuerso filius p̄t, immo verō fortior eſt videt rō naturalis quod descendantibus ascēdētibus relinquit, qm̄ quām plurima filius eſt, ſecutus bñficia ab ascēdētib⁹ nēpe corpus, vitā mores, & alimēta anteq̄ e phebis exiſtēt. Quid autē queso filius parētibus cōtulit, quām quod parēt plureis insopnes noctes traduxerit, plures etiā vagitus atq̄ fletus inuitus audiuit, Si igitur debitū bñficio pēlemus, plures ſunt, vrgentioresq; cauſe e naturæ etiā fontibus hauiſt,

quibus descēdētes ascēdētibus teneant, quām cōtrario. Ob id etiā decisum est iure diuino parētes esse honorādos, q̄ hono rū secū adferre debet aliquid emolumēti, iure etiā humano parentes honorādi sunt. l. n. j. de obsequijs à libe. p̄st. quibus vīdeſ cocludēdū legitima eodē iure vel fortiori ascēdētibus deberi, quām descēdētibus. Cōplures adduci possent aliæ rōnes, quas in. g. j. de hered. ab itest. declarauimus. ideo satis erit, si fortiores posuerimus, quibus oībus p̄ m̄lti tenēt nullā esse differētiā inter legitimā filiorū, & parētū, & facile id teneri posset.

CVerūtamē ex ijs nō puto recedēdū à cōi sentētia, qm̄ ius naturale, ad liberos alēdos magis aliquem inducere videſ, quē ad parentes, q̄a cū per descendētes natura potius cōserueſ q̄ p̄ ascēdētes, & eā ob rem amor potius descēdat q̄ ascēdat. l. liberorū. j. de verb. signif. eo fit vt p̄ naturā q̄ op̄at cōseruarī moueamur vehemētius ī descendētes, q̄ supe riores, quōd tibī clariū efficiēt. Si ad vñūquodq̄ p̄cedētiū argumētorū ordine rñdeaſ. **P**rimū nō vrget oīno, qm̄ cā miseratiōnis de qua in ea. l. scripto. ī causa fuit, cur ascēdētes ad descendētiū successionē vocarent, & ita lex succellōnē occasiōe miseratiōnis instituit, nō vt eā tueret, sed, vt ei toto conatu obuiaret, ne cōtingeret. **S**ecundū etiā nō est eiusmodi, cui nō rñdeaſ, nā ī illo. g. primū itac illud verbū secundū naturā ad liberos referēt, & nō ad parentes, nec mīrū est, qm̄ ad fratres de quibus ibi fit mētio referri etiā non pōt, licet videref ad oīa referri debere, nec sufficeret rñsio q̄ aliqui probāt, q̄ exponat secūdū naturā hoc est ex insīctu naturæ, qm̄ nulla differentia esset, inter legitimā liberorū & ascēdētiū, quæ tñ maxima esse. j. oñdetur. **T**ertiū pari ter solui pōt, nā ibi sumimus pōtifex v̄lus est, noīe legitimā, quod pro liberis est introductū, vt legitimā significaret, vi disti em̄ supra legitimā m̄ltiplex nomē hīc, & tex. i. d. c. abs q̄ mīsteriovno pro reliqvti vīdeſ, cūfundunt em̄ qñq̄ noīa, qm̄ eiusdē rei diuersa sunt, vt plurībus in locis legitimā adhuc

Primum Cap. Repe.l.in quartam.

quarta vocatur, licet quarta non sit, ut est oibus notissimis.
¶ Quartū parū habet roboris īmo ī ea.l.iulianus. potius
probat cōclusio, quām oppugnet, cū em̄ nō sit p̄sumptio, si
lios pr̄emorī parētibus, vt ibi, lex disposuit, vt turbato ordi-
ne ascēdētes admitterent ad legitimā, & qñq̄ ad successio-
nē vniuersalē. ¶ Quītū etiā nō infringit cōem cōclusionē,
qm̄ licet liberi debeat honorē ascēdētibus & magis eis obli-
getur quām econtrario, propter multo plura, quae sunt ab
eis assecuti, ex hoc tamen non debet differentia iuris natu-
ralis aut ciuilis assumī, ciuile enim ius quandoq; plus obli-
gat quām naturale, vt ī materia obligationis potest exem-
plum ponī. ¶ Præterea legitima nō debetur propter bene-
merita, sed ex legis liberalitate pater filio legitimam debet,
quid enim si sit posthumus? quid si infans etiam? Et quādo
dicitur, quod honor esset sine commodo istud est certe im-
pertinēs, quādoq; em̄ reperit aliquid cōmodū, qñq; nullū,
at si quod sit, lex ciuilis introduxit, quare nihil obstante pō,
quominus legitima ascendentium mero ciuili iure debeat.
¶ Tertia cōclusio, legitimā q̄ collateralibus debet, iuris ci-
uiliis dispositione īuentā oēs asserunt.l.fratres aut sorores.
C.de ī offici testa. pro qua superiore loco dicta sufficiant.
¶ Q V I N T O īsuper articulo querendum est, quo titu-
lo legitima relinqua est. Quo in loco primum expedie-
mus cōmunē, & ab omnibus receptam opinionē, deinde no-
uā quādā, & apud me veriorē huius q̄stiois solutionē subi-
ciemus. Cōmunis sentētia habet duas cōclusionses vna lo-
quitur de legitima liberorū. Altera de legitima ascēdētiū.
¶ Conclusio est, legitimā esse liberis relinquendam titulō
institutionis.l.ita tamen. §. qui rogatus. §. ad trehel. vbi Paul.
de castr. plenē, text. in. §. aliud quinq; capitulum in auct. vi
cum de appellatio. cognoscitur col. viij. declaratur in auct.
nouissima. C.de ī offici testament. Sic quod lex manuult su-
is quinq; aureos titulō institutionis relinquī quām mille
aliō titulo. ¶ Contra hāc conclusionē, oppono, Primo del.

papininus. §. si quis mortis causa, &c. l. si quis nō mortis. §. de
in offi. resta. vbi securè testatur qui p̄tēterit filiū, cui aliquid
donatione causa mortis relictum est. ¶ Secundo est tex. in
l. omnimodo. C. de in off. test. vbi sufficit, legitimā quoquo
titulo relinquī vel legati. ¶ Tertiō in auct. de triē. & semis.
col. ij. & in auct. nouissima. i verbo, quoquo relicti titulo.
¶ Sequēdo cōmēdē opiniōnē pōt adhēc r̄nderi. Ad primum
dic secundū Paul. ibi filiū illū fuisse exhereditū & ideo testimō
valuit q̄a filius nō est p̄teritus. Ad secundū, illa lex oīmodo
corrigit, p̄ ius nouissimū, nec sufficit ille titulus legati aut si
deicomis. Ad tertīū, illa etiā auct. nouissima est correcta per
§. aliud quoq̄ capitulum, hę sunt cōmunes solutiōnes. Et ita
resolutio est, quā ponit Pau. de cast. in d.l. ita tñ. §. qui roga
tus. Iure. fforū. integra legitima debebat relinquī titu. insti
tutionis p̄ illum. §. q̄ rogatus. iure. C. q̄a testamēta penē im
munera viciabant prop̄ errorē calculi, fuit dispositū, q̄ sus
ficeret aliquid relinq̄ q̄quo titulo, sed deide agebat ad sup
plementū legitīq. Iure auct. vero p̄tū ad tit. iustitu. attinet re
gressi simus ad ius. fforū. nō tñ integra necessario est relin
quēda, sed iure agēdi ad supplementū legitimētēdū est. §.
ceterū, i auct. vt cū de app. cognos. d.l. oīmodo. §. Sed hec ita
inst. de in of. tes. ¶ Succursū est igit̄ hoc mō & liberis, vt ad
legitimā vocēt tit. institut. & testamētis ne ob defectū eius in
tegritatis, q̄ tātope antiq̄ iure desiderabat, testamētalaberet
& ita hodie satīs est si v̄l in duodeci īperialib⁹ filius istitutat
glo. in l. ij. §. sed vtrū in fine. §. de minorib. tex. & ibi glo. in
l. si quis priore. j. ad trebellia, vel in quinq̄ vacuetis, vt qui
dam vir (cuius nomen mihi in mentē nōvenit) doctissimus
quidē, dum publicē tolose r̄nderet in me viriliter obīciebat.
¶ Rō autē cur ad ius institutiōis reuersū sit quōdē legitī
ma īstitutionis tit. relinquaē, solet assignari, quōd tit. institu. ē
honorabilis. l. iulianus. §. si q̄s omis. cā. testa. text. & ibi glo.
in l. filiū. §. si legata. j. de leg. p̄stā. Bar. in. §. j. in auct. de triē.
& semis. hęc ratio à modernis recipitur in auct. nouissima.

Primum Cap. Repe.l.in quartam.

Sed contra hāc rōnē adduco sequētia. i.tex.in.I.amicissi
mos. s. de excusat, tutor. ibi honorē legati eos psequi, ecce
quōd titulus legati est honorabilis quo filiū per patrē affici
sat esset, si honorisratio solū habēda fuisset. **S**ecūdo filius
in legitīa nec pōt, nec debet p p̄em honorari, qm̄ posset po
stea filiū in eadē grauare. I.ab eo. C. d̄ fideicō. Sed cōsequēs
est falsum. c.rainaldus. I.qm̄ in prioribus, ergo & antecedēs.
Tertiō pater dū legitimā defert, nihil dare d̄ suo videt, sed
est nudus legis minister in legitīa, q̄ est filio debita. s. si quis
autē nō implens ibi q̄ necessario ex lege p̄cipiūt in auct. de
here. & falc. col. i. **Q**uartō pater nō tenetur honorē filio
impēdere, sed econtrario filius p̄t. I. i. j. de obseq. à Liberto,
quod p̄cepto decalogi etiā p̄cipit honorare parentes. Qui
honor igit à p̄te per n̄os doctores necessario deberi filio di
citur. **Q**uito, accedit, quōd honor hīc ciuilis modicē est
vtilitatis, nisi cōmodū aliquid ide adferat, & cogita, an iudi
ces sufficiēter impellant ad anullādā voluntatē p̄tis, q̄ filiū
nō honorasset, nihil profecto in eo. video rōnis, qua iudices
moueri possent, aut debeant. **A**ssignatur igit per doct. se
cunda rō, quare legitīma sit iure institutionis relinquentia.
Et ob id cōstitutū fuisse aiunt, quōd cōmodū iuris accrescē
di fili⁹ institutus cōsequēt, si videlicet heres vniuersalīs adire
recuset. I. j. s. si ex fundo. s. de here. istituē. aut alia quauis cā
aceipere nō possit. Quo cōmodo mīnimē vti possit, si lega
ti titulo filius fuisset vocatus. I. sed cū patrono. j. de bo. pos
titu. gñali. **H**æc ratio mihi non videb̄ bona. **P**rimo qa
daē per quēdā effectū vehementer remotum, & accidētālē,
imo verius fortuitū. Quid em̄ si heres audiuit heditatē, quē
fructū feret filius ex suo institutionis titulo? quia presūptio
est satis vehemens q̄ heres hodie maximē adipiscet heredi
tatē. Bar. i. l. nemo pōt. s. de leg. j. Bart. Bald. Paul. in auct.
ad cum testator. c.eod. **S**ecundō qn̄ filius esset institutus
in re certa haberet loco legatari. I. quotiēs C. de hered. insti
tuē, & nō haberet locū ius accrescēdi Bar. i. l. luci⁹, nu. xviii.

§. de vulg. doct. in. d. l. si quis priore, qui reprobant glo. sing.
 ibi, licet in. l. re cōiuncti ego tenuerim cōtrariū post Bart. in
 l. ex facto. ff. de hered. instituen. ¶ Tertiō ius acrescendi nō
 habet locū inter succedētes diuerso iure. d. l. sed cū patrono.
 sed negari nō pōt, istitutū in re certa, & institutū vniuersalr
 diuerso iure succedere igīt, & potissimū qñ duo essent here
 des vñes portibꝫ alterius vacaret, filius em̄ nihil hīc possit
 si doctoribus credamus, istud tñ aliter quām doc. declarent,
 exposuimus in ea. l. re cōiuncti, quod ibi videto, restat tñ ex
 doctorū opinionibus ius hoc acrescēdi filio rarissimē pro
 desse, quā ob causam nūsc̄ putarē eā institutionis solēnitatē
 tam necessariā illa ratione introductā fuisse. Si voles igīt cū
 cōmuni opinione tenere adferre debes rōnes, quevirgeāt, ali
 quod ve cōmodū filijs adferāt. ¶ Tertia ergo ratio est, qm̄
 si filius suā portionē habet iure institutionis eā sine ministe
 rio heredis & propria auctoritate accipiet, quod ei non lice
 ret, si titulo legati relicta esset. l. legatum de leg. ij. §. i. inst. de
 lega. ibi ab herede prestanda, quod vtile est filio, nā res ab al
 terius manibus vix extorquere possumus, etiā si nobis de
 bean̄. Verūtamē testator posset disponere q̄ legatarius pro
 pria auctoritate legatū caperet. l. titia cū testō. §. j. §. de leg.
 j. ideo titulus institutionis non videretur necessarius.

Item hæc decisio qud filius propria auctoritate legiti
 mā capere possit, intelligi debet, qñ res quedā certa, aut spē
 aliqua esset illi filio relicta, si autē quedā pecunia sūma aut
 in gñe legitima relinqret, à manu heredis percipiēda venit,
 cum es alienū prius debeat detrahī Bal & Paul. de castren.
 in. l. si quis in suo. C. de in offi. test. ¶ Quarta ratiō esse pōt,
 qud filius in legitima institutus habeat possessoriū reme
 diū. l. si. C. de edict. diui. adrīa. tollē. secus si eam haberet iu
 relegati aut fideicō. hinc orta est quotidiana practica, qud
 filij, quibus legitima in genere, aut ī certa spē est relicta pos
 sunt petere manu teneri in eorū legitima, que deinde in exe
 cutione liquidat. Si verò in pecunia sit relicta incipiunt ab

*quod lati regimur et cetera tñ 17 primaria sumus filius pot
tempore sub capitulo monachorum et canonicorum parvorum docebam
Anno 17 regimur. Primum Cap. Repetitio. I. In quartam.*

executione cōtra heredē, & heres viso testamēto tenet facē
re reale depositū, qñ filius vult legitimā accipere in eareq
p patrē relicta est titu. institu. at si titu. legati esset relinquer
da nīmis propere faceret legatarius. I. i. C. de executiōe rei
iud. Et q̄tidie id fieri video in filiabus, quæ sunt in dotibus
instituta, q̄ cōcludere possunt viso testamēto pris, quod he
res tenet deponere summā eis iure institutiōis relicta, sed an
legatarius possit eo remedio vtī, ego vidi legatariū nō obti
nere cōtra quē heres allegabat apparētē rōnem cur legati
nō debeat, vide tñ pro hoc vltio Guil. bñ. i. materia fideicō.
¶ Quinta vtilitas & rō est, qm̄. feudū patris ad filiū institu
tū peruenire facilius possit quam si esset legatarii, idē dicas
de iure patronatus, quē nō transeunt ad eos q̄ iure obliquo
succedunt glo. & docto. in. l. si patroni. s. ad trebell.

¶ Sexta vtilitas, si filius sit institutus ei poterit aut fratribus
substitutio pupillaris fieri. & eius adiōne ea & testamēto
cōfirmabit, etiā si heres vniuersalis adire nollet. I. coheredi.
s. fi. per rōnē illius. l. morib. s. adeo. s. de vulg. & pupilla
quod dici non posset si filius legitimā esset titulo p̄ticulāri
consecutus. **¶** Septima, q̄ titulus institutiōis sit vtilior, ex
eo quod institutio deinde in codicillis tolli nō pōt, nec in ea
conditio, vllaonus, aut dilatio aliqua per codicilos imponi
quē oīa in codicillis recipiunt in his q̄ noīe legati aut fidei
comis, relinquent. s. penulti. inst. de codil. l. diuus. ff. de iure
codicil. istud in nostra legitima nō est multum pertinē qm̄
etiā i testamēto onus, i ea aut dilatio ponī nō pōt vt. s. dicā.

¶ Octaua & vltima vtilitas siue rō institutionis potest assi
gnari ob causam transmissiōis hereditatis non aditae, qm̄ si
filius qui nō est in p̄tate ignorat testm̄ patris valere, prete
tione fortē posthumī, & interea moriatur, transmittet por
tionē sibi in institutione relicta, in qua in oīm euētū eratu
tur heres, sed si aliquo particulari titulo, non transmitte
ret Bart. in. l. ventre nu. viij. s.. de acqui. heredit.

¶ Cōclusio tñ hæc cōs q̄ vult filiū in legitima instituēdi

*Emilia L. 17
ad concilium quod uero filius / o Regimur regimur*

limitat quibusdā casibus, quos ponit Ia. in. d. auct. nouissima, eosdē & longē plures acumulauit, noster Guil. bened. in verb. in eod. testa. i. n. i. nu. lv. qui casus aliquot potius sunt i qbus tit. istitutiōis p alia vba itelligit, & ita secūdū eos isti tutio exp̄ssa est necessaria, aut q vocēt filij pverba q̄ in esse cū istitutionē importēt hos casus nō euro referre q̄a nihil adcederē, pterea qd̄ notarij hodie vtā exp̄ssō vbo istitutiōis & heredis pticularis, sciūtq̄ ferē oēs hodie dicere instituo, licet olim sec̄ p gl. in. l. qties. C. de famili. hercif.. itē si his casibus egeas, videbis vbi. s. ¶ H abes qd̄ cōis opinio de hac re cen seat quod mēte tenēdū tibi est, nō em̄ arbitror hāc doctrinā (quā cōiter doct. & practicantes sequunt̄) oīno respuendā. Nobis tamen licere existimō vltra doctores plerunq̄ alīqua (quæ si tibi notatu digna videantur eis pro arbitrio vta re, non enim communem sententiam omitto) depromere, quæ & faciliora & veriora meo quidē iudicio vidētur. Legitimam non esse titulo istitutionis relinquendam semper censui, & perpetuo tenebo, nec puto vñquam legē vllam iussisse nec voluisse quidem, qud̄ certo relicti titulo filius eā haberet. Etenim dūmodo eam filius quoquo modo quo uis ve titulo habeat, lex cōtenta est, nec velim prius moueare quā rationem audieris.

¶ Pro declaratiōne huius considerandum imprimitur, qud̄ iura. fforum. permittebant patrem legitimam filijs relinquare, inter viuos, vel donatione causa mortis. d. l. si quis non mortis. d. l. papinianus. s. sed si mortis. supra de in offi. testamen. iure etiam. C. id permissum fuit. d. l. omnimodo. C. de in offici. testament. quibus iuribus antiquis, nec ius auctentiorum refragatur in. s. primo in auctentīc. de triente. & semiss. & in auctenti. nouissima ibi quoquo relicti titulo. C. de in offici. testament. Et illud diligenter notandum est, qud̄ in illo titulo de triente & semisse, est maxime proprius locus legitimarum, vbi imperator Iustinia. ea quāta esset quoque titulo liberis relinquetur, disposerit.

Primum Cap. Repe.l.in quartam.

nec potuit vñq̄ mihi persuaderi, hęc oīa iura p illū. §. aliud q̄q̄ capitulū esse correcta, nec imperatorē voluisse seipsum eo libro corrīgere psumi debet. l. nō ad ea. §. de cōdi. & demōs. nec erat mens vlla aut intentio imperatoris in illo. §. aliud quoq̄ capitulū. aliquid de materia legitima disponere deq̄ plenissimē in proprio loco de triē. & semis. disceptarat. Sed in eo. §. aliud quoq̄. imperator laborat circa solēnitatē testa mētorū. qn̄ videlicet testamētū sit validū. qn̄ ve nihil valeat ptextu preteritionis. aut exheredationis. auffertq̄ vnu dūbiū. quod esse poterat. Si parens preteriſt filiū. quod eū nec instituat nec exheredet. relinquīt ei tñ legitima titu. pticula ri legati fideicomī. pticularis. aut p donationē causa mortis &c. an valeat testim̄ rñdet nō valere. Sed nō dī quin testa tor satisfecerit legi. q̄ vult filium habere suā legitimā. Sed solum (inquit) non fuisse p legatū legitimae satisfactū. l. inter cetera. de libe. & posth. q̄tū attinet ad testamēti validitatē. Vides ergo testatorē ad vnu teneri. si vult mori testatus. ne p̄ quod filius instituat. vel exheredet. concessio em̄ legitime quoquo titu. facta nō facit testim̄ valere. sed institutiois aut exheredationis solēnitas requirīt & vt clarius. intelligas cō sidera Paulo subtilius quod legitima filiorū. multoties eis debet etiā si nullū testim̄ factū est. finge enim patrē in codicilis varia legata reliquissle. vt filij malint petere legitimā. q̄ eis profecto titulo institutionis non erit relicta. Cogita insu per quod testim̄ valet etiā si filius in uno nnmimo est institutus quin nūm̄ certē nō est legitima. at filius nō est preteritus. nec q̄rela agere pōt. l. si quis priore iuncta glo. j. ad trebel. titulus igit̄ institutionis nō afficit legitimā. nec in ea requiri tur. licet istitutionis filij grati ad validitatē testamēti requirāt. Et per hanc viā euitabis iuriū correctionē. & cōtra docto. dices auct̄. nouissima. non esse correctā. vb̄ nullo pacto sit mentio de testamēti solēnitate. sed de quātitate legitimē. que ex oībus debet deprehēdi. quoquo titulo pater filij de substantia sua reliq̄rit. & illa est mens imperatoris. Quo sit. vt

*Substituta
nominis Pater
in oībus
testamētis
fideicomī
consequens
recepta est*

recte dicant doctores in illa. I. papinianus. §. sed si mortis, in illa. I. sed si nō mortis. §. de in offi. tes. filiū fuisse exheredatū, & ita selēnitas testi obseruata fuit, p̄terea fuit satisfactū legi-
tia, ex eo qđ pater filio donauerat, quod certe dīci nō posset
si secūdū cōmunē opiniōne tit. insti. in legitima requireret,
ibi enim erat legitima cū titulo exheredationis, & tñ testa-
tor securè testatus est, secūdū eosdē. Si igitur sufficiat legitimi-
mā relinqui cū titulo exheredationis, multò fortius cū titu-
lo legati, licet qđtū ad testamēti vires attinet exhedatio plus
satisfaciat, qđ legatū. d. I. inter cætera, & sic vides aliud esse ti-
tulū institutiōis req̄ri ad validitatē testi. Alio istitutiōne in
legitima esse necessariā, quare incōsulte satis loqui mihi vi-
dent, qui correctionē iuriū tam facile fatent, q̄ tanta cū dili-
gentia & studio confecta sunt. ¶ Huc adduci posset, cur
titu. institu. aut exheredationis, in testamento regraſ quod
eruditē vt solet, tractat Barto. in. I. p̄ filiū, vbi inter legendū
multoties dixi, & eum deſſendit à moderniorū impugnatio-
nibus, q̄s ponūt in. I. i suis. § de lib. & posth. vide per eos ibi.

¶ An autē sufficiat filiū vocari p̄ fideicōmissum vniuersa-
le, id nō est p̄ntis ſpeculationis, verūt̄ quia quotidiana eſt
huius decisio, veritas eſt, testm̄ valere, in quo p̄ vxorē aut
aliū quēuis iſtituit, poſt cuius mortē vult bona filio restitui,
tex. eſt in. I. ſcimus. §. cū autē. C. de in offi. testa. & licet gloſ.
ibi & cōiter docto, dicant illū tex. corrigi p̄. §. aliud quoq;. Valēt legi-
tia
Ego tñ credo textū illū mīnimē per. d. §. aliud corrigi. Nā
ibi tex. loquens de fideicōmis. debet de particulari intelligi,
vides igit̄ quantū decipiāt pleriq;. Cū rōne ſuā legitimā
filius ſit iſtitutus purē auxilio legis quæ, in ea tollit dilata-
tionē, vt in. d. §. cū autē, & in. I. qm̄ in priorib⁹. C. de in off.
testa. Si p̄ cōi opiniōe adferas. §. qui rogaſ. I. ita tñ. §. ad tre
bell. vbi filio, qui erat ſubſtitutus per fideicōmissum, datur
remedium contra testamentum Ego rñdeo illū. §. qui roga-
tus, eſſe correctū per. d. §. cū ita. At video in me ſtatim quē-
piam velut ſcandescere. Quid (inquiet) dicas? §. qui rogaſ

Primum Cap. Repe. l. in quartam.

Corrigi, qui tātopere correctionē. §. cū ita & aliorū iurium. §. allegatorū esse vitandū contendat. Existimō. §. qui rogatus. ideo emendatū esse, q̄i ure. fforū. cōditiones, onera, & dīlationes à legitima non reiebantur ideo multa testamen̄ta cadebat, declarat̄ Bar. & alijs in. l. si pater. C. de institutio & subst̄itu. sub cond. Sed per. l. quoniam in prioribus huic periculo testamētorū succursū s̄t, cognosces nūc euīdēitratione. §. qui rogatus esse correctū, & quare solēnis & utilissimus ille. §. cū ita non corrigatur, Teneas igitur illū. §. cum ita in. l. scimus. C. de in offic. testam̄, etiam in praeclīca debere seruari, qđ plerūq; senatus cōsultis. i. arrestis decisiū audiū. Redeamus ad legitimā nostrā, & quo titulo legitia ascēdentium sit relinquēda videamus. ¶ Altera conclusio est. Eodē titulo legitima est ascētentibus relinquenda quo descendētibus tenet. Bar. in. §. j. de trien. & semis. Bal. Paul. Alex. & Ias. in auct. nouissima. C. de in offic. testam̄. Licit Barto. ibi & alias qñc̄ fuerit in alia opinione, videatis do. Ia. nu. xluij. Egosequor cōem opinōnē quōd vīdelicet ascēdētes debeat institui, nō tñ differre puto, quoquo sit eis relata legitima titulo, lex em̄ satis cōtenta esse vī, in q̄ Bar. opinōnē facile posses defendere, quod dic vt declarauī. §. delegtia. liberorū. est itaq; parens in testamento filij, qui liberos non haberet, instituēndus vel exlieredandus. l. nam & s̄ ipsa tētibus. ff. de in offi. test. §. iustū autē, in auct. vt cū de appell. cognoscitur. Dubium est de legitima collateralium turpi persona instituta, an titulo institutiōis relinquī debeat, doctores in ea. l. fratres vel sorores dicunt quōd nō. Sufficit enim quocunq; titulo legitimā hī habeant, superiori loco multa de hac collateralium legitimā differuimus.

¶ S E X T O articulo esset videndum, vnde hæc legitima deprehendī debeat, quidue in eam sit imputandum. Quod infra in vltima huīus repetitionis parte dīcetur.

¶ S E P T I M O non esset omittendū an in ea onus ab quod, an grauamen apponi possit; an quouismodo minui.

in totū ve tolli, quod in sequēti prefatiōe **expedieſ**. Ex his
septē articulus materia legitimæ prorsus est absoluta.
Venientum est deinde ad alias duas quartas nempe ad tres
bellianicam & falcidiam.

¶ De trebellianica & falcidia.

R E S T A N T declaranda quædam, quæ ad trebellia-
nicam & falcidiā maximè sunt necessaria, & ea claris-
simè intelligi possunt, si earum conuenientias primum, post
deinde differentias intellexeris.

¶ Conueniunt primò, quia vtracq; eò inuenta est, quò heres
inuitetur ad adeundum, & defuncti dispositio aditione con-
sumatur, alias heredes nomē heredis frustra haberent, quod
in primo capite satis supercq; fuit explicatum.

¶ Secundò conueniunt, quòd vtramq; hereditatis portio-
nem esse constat, de trebellia text. in. §. sed quia stipulatio-
nes, institu. de fideicommiss. hered. text. in. I. prima, infra ad
trebellia. quibus cauetur eum, qui habet quartam trebellia-
nicam, quartam portionem honoris, & oneris subitum, ob id enim quartam hereditatis eam díci oportet. I. si hered-
itatem, supra manda. & istud. j. expressius dicetur. De fal-
cidia autem text. in. I. j. vers. ij. capite supra eodem, & in nos-
stro tex. ibi in quartam hereditatis. Et in declaratione text.
hæc conuenientia examinabitur.

¶ Tertio conueniunt, quoniam sicut quarta per. I. falcii. ab
herede retenta, est legatarijs naturaliter debita, ita quarta
quæ per grauatū retinetur, naturaliter substituto debetur,
non est tamen hæc decisio sine controversia inter doctores
vnde adferre decet quibus cōuenientia hæc comprobetur,
respondeamus iuribus, quæ pleriq; in contrarium citare
solent. De falcidia igitur est text. in. I. prima. C. ad. I. falcidi.
vbi heres soluens legatum integrum, ex quo quarta retine-
ri poterat, non soluit plus debito. Debetur igitur legatario
totum, & cum quarta ciuiliter ei non debeat, dicendum
est eam naturaliter deberi.]

Primum cap. Repetit. I. in quartam.

¶ Secundò facit tex. in. I. error. eodē titu. vbi integrū legatū ex quo quarta deducī potuit, iuris ignorātia solutū nō repetit, etiā pro illa quarta parte, quod si nullo modo debita fuisse illa portio, potuisset quidē p. heredē repetit. I. j. S. de cōdit, indeb. ¶ Tertiò adducit. I. si. C. eo. vbi ex nuda conuētione soluēdi integrū legatū, heres efficaciter totū soluere tenet, quod minimē fieret, nisi geminatio naturalis obligatiōis id efficeret argu. I. primæ. S. de consti. pecunia. ¶ Quartò accedit glosarū auctoritas, glo. in. I. cū qs. C. de iur. & fact. igno ran. glo. in. I. j. S. de cond. indeb. glo. in. d. I. error glo. in. c. sūm. extra de solutio. quas communis docto. opinio probat.

¶ De trebellianica quod naturaliter fideicōmissario debetur est tex. in. I. patrē. tex. i. I. debitorē. j. quae i. fraudē credit, tex. in. I. si sponsus in fi. de donat. inter vir. & vxor. iuncta. I. donari. ff. de donatio. si enim nullomodo deberef, donatio esset, quod in ea. I. si sponsus negatur.

¶ Contraria opinione per multi secundi per rōnes q̄ vehemē ter strīngere vident. ¶ Prīo, quod existēt illa naturali obligatione, heres in foro conscientię eā quartā retinere nō posset, cū iure canonico ex obligatione sola naturali agi possit. c. j. & ibi Moder. de pact. extra Bal. in. d. I. cū quis. Vīdem⁹ tū has detractiōes quotidie fieri, id etiā iure Bar. in extrauagā. ad reprimē. i. verb. denūciatiōne quē sequit. Alciat nī in I. quinq; pedū. C. cōi diuidi, & in curijs Frāciae tollerari certū est vbi canonica dispositio seruat, qñ potissimū ad exonerandā conscientiā negotiū pertinet. Cōcludēdū est igit̄ heredē pro his quartis nullomodo teneri. ¶ Secundō adducit ratio citramōtanorū, falicidia ipso iure minuit legara. I. j. S. eo. S. j. inst. eo. & ita lex, resistit solutioni illius quartę, quam heres retinere pōt, quo sit, vt obligatio naturalis nō oriat. I. nō dubiū. C. de legi. I. si non sorte, in princ. S. de cōdi. indeb. I. cum lex. ff. de fideiutto. ¶ Tertiò maximē vrget, quod si totū legatū, aut fideicōmissū sit penes legatariū, aut substi- tū, heredi pro quarta cōpetit actio cōtra legatariū. I. līneam

margaritarū.l.plautius.3.eod.& ita legatarius ius retētiō is
in ea non habet quod proculdubio ei cōpeteret, si ea portio
deberet naturaliter.l.etiā.de cōpensatio.l.naturaliter, l.fra-
tres à fratre,3.de cōdi.indeb.Vides pro hac opinione fortis
rōnes q̄bus tñ à cōi abducī non possum. Prima soluīt, quōd
licet ex obligatione naturali iure canonico oriaſ actio, qñ
is qui obligationē habet, certat de dāno vitando. Secus qñ
de lucro captādo, & hæc solutio satis deprehēdi pōt ex do-
ctrina Bar.i.d.extrauag.& ita qñ lucrū legatarius percipit
detractionē quartæ equo animo ferre debet. Actio em̄ illa,
quę apud canones à naturali obligatione procedit, cuīdam
equitati inniti debet, q̄ in nō proposito nulla reperiri posse
videtur, vbi maximē nisi libera hereditatis aditiōe, testamē-
tū non valuerit, legatarijç nūsc̄ legata perceperint.

C Secundū argumentū diliui etiā pōt, qm̄ quōd falcidia le-
gatū ipso iure diminuat, hoc modo debet intelligi, vt domi-
niū pro ea parte penes heredē remaneat, in residuo trāfferat
in legatarios, non autē facit lex falcidia, quōd heres adeūdo
legatarij svlo modo pro ea pte nō obliget, si replices quōd
frustra obligationē naturalē ponamus, r̄ndebo ī illa obliga-
tionē esse vtilitatē.l.error. & l.fi. C.eo. **C** Tertium etiam
pōt evitari, qm̄ licet heredi cōpetat actio realis ratione do-
minij, nihil obstat quominus contra eū legatarius naturalē
obligationē habeat, q̄ tamē obligatio nō est sufficiēs, aut ad
producēdā actionē, aut pariēdā exceptionē contra realē ex
dominio, heredi cōpetētem. Et ita per facile teneri pōt cōis
opinio, in qua nūmī immorari nō censui, quōd modicā, vt
vides, vtilitatē adferat. **C** Quarta cōueniētia, quia vtraç p
heredē heredis fieri posset.l.ç. C.ad.l.falc. & quicūq̄ here-
des succedant, etiā si legatarij horū heredes forent, vt s̄pē
contingit q̄ substitut⁹ per fideicomissum erit heres grauati
ab intestaro qñç solus, qñç pro parte, quo casu fungitur
ille substitutus persona duorū. **C** Quinta, vtraç cōtra volū-
tate testatoris detrahitur.l.tititia,in fi.3.eod. qm̄ testator aut

Primum Cap. Repe.l.in quartam.

expressit legatū solui, aut fideicōmissum restituī, qñ igit̄ ali
quid retinetur per heredē nō paref testatori q̄ cōtra iusserat
tolleratur tñ hēc cōtraiētio, vt in reliquo eavolutas effectū
p aditionē capiat. ¶ Sexta quia quicquid heres habet, iudi
cio testatoris ex institutione inputatur in vtracq; vt dīces in
expeditione literæ & in vltimo capite prīncipali. ¶ Septima
quod testator vtracq; prohibere posuit, quod in sequēti prae
fatione ad plenū discutiemus. Cōplures alię elici pnt, ex ca
sibus, quibus haę quartę p heredē detrahi nō poterūt quos
subiungemus in differentijs, ex quibus natura vtriusc̄ effi
cieſ clarissima. ¶ Differunt primo ex nominū diuersita
te, vna appellat falcidia. Altera trebellianica, ex qua diuersi
tate oñdit earū differentia. l. si idē. C. de codicill. Falcidia eo
sic dicta est scđm Pau. de cas. i. l. j. s. e. à gaio falcidio tribuno
plebis, cuius auctoritate eā portionē detrahi statutū est, &
ita detractio ipso iure fieri dicitur. l. linea margaritarū. s. eo
l. pe. C. e. qđ. j. examio. Quę auctoritas p̄tori nō fuit 2cella,
qiura. xij. tabullarū immutare nō poterat. s. quos autē insi
de bono, possel. Dicta est etiā falcidia considerato effectu
secundi gl. & Bar. à falce, quod de falcent & diminuant le
gata, q̄ vltra dodrantē ascendūt. Et ob eā causam aliae quar
tae noie falcidie continebantur. Tripliciter em falcidia assu
mitur. Primo impropriissimè, vt etiā ad legitimā extendat,
auc̄. vñ si parens. C. de in offic. testa. Secūdo propriè vt tre
bellianicā cōprehendat. l. titia. s. eo. l. si vt allegas. C. eo. Et
frequētissimè iurecōsulti in hāc significationē falcidiā vſur
parunt. Tertio propriissimè sumit, vt à trebellianica se iun
gatur & hoc modo vtimur in his differētijs & in toto hoc
discursu nřo. ¶ Trebellianica sic dicta ē, quod trebello &
A Eneo Sceneca (tempore Neronis) cōsulibus, pegassianū se
natuscōs. logo ante tempore promulgatū, fuit declaratū cōfir
matū & in vim trebelliani trāstusum. l. j. j. ad trebel. in prin.
s. sed quia heredes. s. sed quia stipulationes institu. eodem.
Hanc differentiā primā oñdit etiā titulorū diuersitas, de fal

eidia em̄ habes totū n̄m ti. & C.ad.l.falc.inſt.de.l.falc. De
 trebellianica fit mentio. j.ad trebellia. C. illo titu. inſti. de fi
 deicommis.hered. & multoties etiam in nostro titulo, vt in.
 l.titia. s.eodē & hic. fit de ea mentio, in.l.j. s. quintus. C.de
 veteri iure enuclea. Secundo differunt, falcidia appellat
 quarta debita iure institutiois. gl.i.s. sed q̄a. inſti. de fideicō.
 here. glo. in.c. responsa. iij. distin. glo. in.l.j. s.eo. quod ab in-
 stituto detrahi debeat, quem institutionis nomē in vanū ha-
 bere non erat æquissimum. s.j. inſti. de.l.falci. Trebellianica
 vocatur, quarta debita iure restitutionis glo. in.s. si quis au-
 tem nō implēs. in verb. auſſerri. in aucē. de here. & falci. Ob
 id, quod ex rebus per grauatū restituendis detrahat, cuius
 opera & facto substitutū venire oportet. s. restituta inſti. de
 fideicōmis.hered. quod doctores vocat succedere iure obli-
 quo. nam hereditas ad ipsum non peruenit immediate testa-
 toris beneficio, vt plenius exposui, i.l.eā quā. C. de fideicō.
 Tertiō, heres q̄ falcidiā retinet est ſolus hereditarijs one-
 ribus implicitus, apud quē ois testatoris obligatio actiua &
 paſſiua collocatur. Quod eō diſpositū elle puto, quod obli-
 gationes nō pñt in legatarios aliosve ſuccelfores pticulares
 transire. l.j.s. si heres pcepto fundo. j.ad trebell. l.fi. C. de he-
 red. actio. niſi actiones reales, cauſa forte cuiusdā ypothece,
 aut ſeruitutis elle mihi proponas, quē rē ipsā, ad quoscumq;
 progressam, ſequit. l.j. C. de here. acti. deteriātur plenē per
 Iuſtin. in.s. omniū inſt. de acti. Is vero heres, qui trebellianis-
 cā eſt detracturus, pro quarta portione, iura & pſonalia, &
 realia ſuſtinere debet. l.j.j.ad trebel. s. ſed quia ſtipulatiōes
 inſti. de fideicōmis.heredi. quod eſt verum, reſtitutione he-
 reditatis, & detractione quartae trebellianicæ facta. Priuſ
 enim quām reſtituta fuerit hereditas, oēs obligationes gra-
 uatū tenēt. l.j.j.ad trebel. ſicut totius facta reſtitutione, oēs
 fideicōmissariū ſecunſ. l. quia poterai. j.ad trebel. Quod il-
 lū effectū habet, vt agant creditores cōtra eos, in quibus paſ-
 ſiuā obligationē elle dicimus, debitoresverò his ſatisfaciāt,

Primum Cap. Repe. I. in quartam.

quos actiuā obligationē habere constat, nīsi forte debitores restitutio[n]is ignari grauato soluisse docerētur, aut cum eo transegisse, quo quidem casu eos liberatos esse testis est iure consultus in. l. fi. ff. de transactio[n]e.

¶ Quarta, & precedentis, consequēs assignari potest difference, quod is qui falcidiā, legatorū mole pressus, deducit. ad adeūdam hereditatē inuitatur solum & spe quadrantis retinēdi incitatur, at eum compell[i] posse nō reperis. Eum autem, qui trebellianicā detrahit, nō modo inuitari, sed & cogi quoq[ue] posse, iure cautum est. l. nā quod. §. si quis cōpulsus. §. qui copulsus. §. fi. j. ad treb. cuius rei diuersa ratio, vel ex eo deprehendi potest, quod superiore differentia dixi, iniquum & enim quisq[ue], qui rationis aliquid p[re]penderit, per facilem censeret, aliquē inuitū oneribus debere inuolui, qui in alterum, onus rencere non posset, à quo maximē vt negotijs hereditarijs se inmisereret, fuisset cōpulsus. In trebellianica absurdum illud non inueniēt. l. postulāte. l. si postulāte. j. ad trebel.

¶ Quinta, quod falcidius tribunus plebis in eo tatum versatus est, vt solutione legatorum heres damno nō afficeretur, cui prouiderat, ne vltra dodrantem legaret, aut si legata hereditatē exhaustissēt, quadratē sibi seruare possit. l. j. in princ. §. eod. At senatusconsul, pegasiano & ttebelliano, nō tantum in quadrante retinendo fuit elaboratum, imo vero quatuor alia capita continebantur, glos in. l. j. §. filij quoq[ue] j. ad trebellia. glo. in. l. testamento. C. eodem. Hoc tamen loco quintum illud caput detrahendae quartæ trebellianicæ exequēdum est, cetera in ea. l. eam quam & totius tituli. (j. ad trebellianum.) expeditione differuntur.

¶ Sexta differentia est, quod prælegata perceptiones & similia quedam falcidiā nō minuant, nec in eadē imputantur. In trebellianicā tamē omnia hec sunt imputanda, hanc differentiationem prosequitur iureconsult. in hac. l. in quartā, cuius rationē & veteres & moderni diligētissime p[ro]quesierūt. Nos vero in. q. capite principaliter sup[er]tex, eas diligētissimē p[ro]scrivimus.

tabimur. ¶ Septia magis specifica inter has quartas diuer
sitas in hoc vertitur, quod falcidia detrahatur delegatis p
ticularibus. I.j.in prín.supra eodem. Trebellianica vero ex
fideicommisso vniuersali. §. sed quia stipulationes, insti.de
fideicommiss.hered. &. j.ad trebel.toto titu.declarat glo.ru
bricaria inst.de.l.falci. Tunc defalcaris(inquit) si per legata
grauaris. Sed trebellaris, si reddere cuncta rogaris. Aduera
te tamen fideicommissum tunc demū eslevniuersale, si tota
hereditas, aut hereditatis portio restitui iubeatur, id autem
particulare fideicommissum est, quando re aliquā pticularē
reddi testator iussit. §. in primis,insti.de fideicommiss. here.
§.j.de sing.reb.per ficommiss.relictis, Et istud fideicommiss.
particulare maximam habet cum legatis conformitatem. I.
j.& ibi per doct. §. de leg.j. Quandoq; igitur fideicommissum
particulare multo maius est vniuersali. Pone aliquem graci
uari de restituendo quartam hereditatis partem, vniuersale
est. Pone alicui legatam domum, quę mediam partē heredi
tatis absumat, fideicommissū particulare. Ex hoc igitur, dif
ferentia vniuersalis, & pticularis dephenditur, quod in vni
uersali ius hereditarum restituatur, in particulare nullum
ius, sed solū res ipsa, in qua dispositio facta est. Crebrior igit
ur & receptione est hec opinio, quod ex fideicommisso vniuer
sali trebellianica detrahatur. Ex legato autem & particula
ri fideicommisso, falcidia.

¶ Quidam tamen ex fideicommisso particulari, aut lega
to etiam, trebellianicam detrahī posse putant, quorū senten
tia sequentibus medijs comprobari posse videtur.

¶ Primo ex fideicommisso ea detrahī potest, ergo ex legato,
quia p oia exequata sunt legata fideicommissis. I.j. §. de lega.
i.l.ij. C.cōia de lega. ¶ Secundo, adducitur. §. ex singulis in
sti.de fideicommiss.hered. vbi tex. inquit ex singulis quoq; re
bus, quę per fideicommissum relinquunt, eadē retētio pmissa
est. Verbum eadē referit ad trebellianicā, eo maxiē, quod text.
intelligēdus est, secundū rubri. l. impatores. j. de in diē adiec.

Primum Cap. Repe.l.in quartam.

& ita intelligit ibi illū text. Ange. qui hāc opinionē sequit.
Tertiō facit text. in.l.filiusfa. s.eod.vbi ex legato peculijs detrahitur trebellianica secundum expositionem glo. ibi.
Quartō accedit regula, quod dispositū in falcidīa habet locū in trebellianica. l.j. s.deniq̄. l.marcellus. s.quod autē, j.ad trebel. Sed falcidīa locū habet in p̄ticulari relīcto, ergo & trebellianica. **Q**uintō potest allegari tex. in.l.in testō, in.n. C.de testa.mili. vbi inter priuatos locū habet falcidīa in fideicōmissō vniuersali, ergo etiā trebellianica in p̄ticula r̄iseadē ratione. **S**ed nec his rationib⁹ puto à cōi opinōe recedendū, immo verius in praxi. si quis trebellianicā ē legatis detrahendam vellet afferere, oībus risui foret. Et ad ar gumēta supiora is facilē pōt r̄indere, q̄ non nihil r̄onis p̄pen derit. **A**d primā, quę vult legata fideicōmissis exequari, id doctores intelligūt, vt vniuersalibus vniuersalīa, & particularia particularibus exequēda putēt. At particularia vniuersalibus nequaq̄, quo sit, vt ex legato vniuersalī, hoc est portiōis hereditarię, trebellianica detrahāt, nisi quis fortē tā q̄ legatarius, nō tanq̄ heres grauatus fuisset, hoc enim casu quadrās nullus retineref, singularis est tex. in.l.mulier. s.si. j.ad trebell. q̄ tex. subuertit oīno opinionē illā de cuius veritate disceptat. **S**ecundō nō obstat ille fortis. s.ex singulis, nā verbū eadē referrī nō pōt ad trebellianicā, sed ad falcidīa secundū glo. ibi, in verb. permissa, de qua prius & imme diate tex. fuerat locutus. Nemo em̄ ambigit, quin ad proxima sit faciēda relatio. l.s̄ idē cū eodē. s.fi. s. de iuridi. om. iudi. & dū adducit, textū esse intelligendū secundū titul. Id verū qn̄ dubiū itellectū esse videremus. At in claris sumēda nō, est à rubrica interpretatio. Si quis dicat, quorsum igit̄ ibi, ex fideicōmissō particulari, tex. dicit falcidīa detrahi, quod cōmodius in tit. de.l.falc. docuisset. Puto imperatorē ibi sa tis cōmode de ea dixisse, vbi quedā similitudo detractiōnū, & collatio siebat, dū inquit tex. ex fideicōmissō vniuersali quartam retineri, perinde(inquit) atq̄ ex legatis per.l.falcis

diā quarta retinet̄, aut ex fideicōmissō p̄ticulari. Vult igit̄
text. ibi trebellianicā ex fideicōmissō vniuersali. Falcidīā
vero ex legatis & fideicōmissis p̄ticularibus detrahi debe-
re. Et vera huius intellectus rō esse videt̄, quod is, ex quo de-
ducit quarta falcidia, successor est rei & non iuris, siue dicas
eā detrahi à legatis, siue à fideicōmissō p̄ticulari. ¶ Ad ter-
tium pōt dici, quod licet i illa. l. filiūssa. falcidīā accipiat pro
trebellianica, quā etiā propriè significat, tñ relictū peculij eo
iure vniuersale erat, illa lex tñ & si difficultis sit, eius inuesti-
gatio hodie necessaria nō est, secūdū Pau. de cast. quia in his
peculij s complura sūt immutata. ¶ Quartū minus obstat,
ea em̄ regula. §. quod autē. i his locū habet, vbi cōueniētias
loco superiori reperimus, nihil tñ repugnat, quominus per
multæ differentiæ possint inueniri, in hac potissimū pte, vbi
essētialis diuersitas reponi videt̄, & magis realis quām pos-
sit inter eas assignari, regula tñ. d. §. quod aut̄. §. latius expre-
dīt. ¶ Ultio. l. illa in testamēto. C. de testa. mili. parū obeit
qñquidem ibi, & de falcidīā, in p̄ticulari, & de trebellianica
in vniuersalī habet mentio. Resultat igit̄ deffensa cōis op̄i
nio ex qua duæ cōclusiones colligi possunt, à quib⁹ totā
penē materiā nostræ. l. pēdere constat. ¶ Prima conclusio,
l. falcidīā quarta pars hereditatis p̄ heredē retinet̄, qñ lega-
ta, aut particularia fideicōmissa dodrantē excedūt. ¶ Secū-
da est, ex senatusconsul. trebelliano (inter quinc⁹ capita sup
fideicōmissō vniuersali restituēdo inuēta) hoc vnū est, quod
heres grauat̄ quartā pte eius, quod restituere iussus est, pos-
sit retinere. ¶ A vnā quāc⁹ harū durarū cōclusionū amplia-
tiones, & limitationes sunt diligenter assignandæ, quoniā
nulla nostræ materiæ ratio habenda est, vbi falcidīā aut tre-
bellianica haud quāc⁹ detrahi pōt, si etenim tibi statutū ha-
bes, quartā minime detrahi debere, quid est q̄ curandū pu-
tes, an illud, aut illud imputandum sit.

¶ Prima itaq̄ conclusio ampliāt. i. vt locū sibi vendicet in
mortis causa donatione. l. cū pater. §. i. §. de leg. ij. l. si mortis

Primum Cap. Repe.l.in quartam.

C.eod.donatio enim causa mortis quædam habet similia
cum legatis, licet multæ sint etiam differentiæ, no. glo. in. §.
j. inst. de dona. vide Ange. notabiliter hac in re loquentem.
¶ Secundo, amplia in mortis causa capione. l. penulti. C.
eodem. & dicitur mortis causa capio, vbicunq; aliquid ca-
pitur occasione mortis alterius. l. mortis causa capitur infra
de donat. causa mort. Et in hoc differt à mortis causa do-
natione, quia illa denominatur à persona honorata quæ ca-
pit, hæc à persona honorante, quæ dat, illa obligationem nō
inducit, hæc sic, mortuo donatore. Sed dicit quis, mortis
causa capio, regulariter prouenit à tertio & terminat in he-
redem. l. qui præcio de donatio. caus. mort. Item non profi-
ciscitur ex substâlia testatoris, quo modo igitur heres detra-
hit quadrantem ex ea. Puto dici posse, quod hæc capio cau-
sa mortis quandoque fit ab herede, quod accidit si per ter-
tium ex alterius substâlia heres capiat, tunc non fit per he-
redem detractio, quia hereditas eo casu nō diminuit, qñq; ca-
pio hæc fit à tertio & heres tradit ex patrimonio defuncti, q
ne q̄q; ad illud idē ius primeū est redeundū vt nulla hodie,
non magis q̄ iure primeuo facienda sit. Nō puto tñ sup̄iori
bus rōnibus esse fatēdum q̄ necessitas olim heredi grauato
imposita, sit remissa, licet quis pertinax id posset disputādo
tenere p̄ illas quatuor fortes rōnes. Ego aut̄ nihil scribendū
esse duxi, quod idē cōsulēdo nō tenēdū putē, vt̄ in exordio
sum protestatus. Dicā igit̄ & forte breuius quām res hęc
expediti possit. ¶ Ad primū dico beneficiū abstinēdi fuisse
liberis solūmō cōcessū, q. l. xij. tabul. necessarij heredes erāt.

Primum Cap. Repe.l.in quartam.

d.l.necessarijs.d.⁹.sed pretor,quod aliās exposui in.l.si fil⁹
qui patri.⁹.de vulga.Sunt igit̄ hodie plures necessarij here
des.Primo hi q̄ adierūt,pcipue,gb⁹ i integrū restitutio nō cō
petit.d.l.necessarijs.l.si minor.⁹.de acquir.hered.Secundū,
grauati per fideicommis.vniuersale,vt hic.Tertiū,in.⁹.&
q̄m variē in auct̄.qui mod.notatur.effī.suī.col.vi.Quartū,
in.l.si seruū.⁹.aīt pretor.⁹.de acq.Ponūt moderni,in.d.l.ne
cessarijs alios duos,sed illi casus imptinentes mihi vident,
C Ad secūdū dīc,siue dānosa sit,siue vtilis hereditas heres
grauat⁹ nihil cōmodi,nihil etiā vtilitatis habet,dū cogitur,
Oia em ad periculū fideicōmissarij referunt̄.d.l.quia pote
rat,j.ad trebellia.nihil est igit̄,quod mireris, si heres graua
tus adire cōpellat̄,q̄ substitutio prodesse sibi autē ob esse
nō pōt.l.in creditore.ff.de euictio.**C** Ad tertīū,opinor plu
rimū vtilitatis accedere fideicōmissario,quod heres graua
tus adeat,nā veniētes ab intestato,sustituto cōtrouersiā mo
uere possent,q̄ vocant̄ nisi testm p aditionē cōfirmet.l.eam
quā.C.de fideicō.Adduci pōt exēplū,quo solutio hec com
probat̄,filio per fideicōmissū grauato,& si existētia sui he
redis illud satis cōfirmat̄ esse ait iurecōsu.in.l.ita tñ.⁹.si pa
ter,j.de trebell.nihilominus filius is grauatus ad adēdū cō
pellī pōt.l.recusare.⁹.sed & ad filiū.j.ad trebel.ne oporteat
substitutū pleraq̄ probare,que ad lui heredis existētia sūt
necessaria.Simile in casu nro,& si per illū.⁹.si vero expre
sim possit forte hoc relictū vniuersale cōfirmari,multa pos
sent fideicōmissario obesse,quib⁹ p aditionē relaxabit̄.Ar
bitror tñ posse illū.⁹.sivero exp̄ssim nouiter pōderari quod
grauato(q̄ adiri recusat)ān aditā hereditatē mortuo,hodie
fideicomissū minime pereat,si em legata pticularia sine adi
tione heredis robur habeat,nihil video,cur de fideicōmissō
vniuersali cōtra dicēdū sit.**C** Ad quartum etiā si ampliſſ
cata sit testātiū auctoritas & libertas,nō tñ id heredi tribū
dū esse inferri pōt,vult em lex oia fieri ad nutū testatorū q̄
tū de bonis agit.⁹.exheredatos in auct̄,de hered.& falcid,

¶ 280 ap
Nam pot
monibus
ponendatos

Et sicut iusvetustissimum circa auctoritatē testatiū nūc ēt set
uandū sit, nō oportet idē locū h̄e in herede, cui quidem nul
lo mō noceat. Super est igit̄ cōclusio defēsa, heredē grauatū
etiā hodie posse cogi ad adeundū. d.l. nā quod. §. si cōpulsus
d.l. cogi. j. ad treb. Quā tu posses obiter protrahere. ¶ Prī
mō, vt in filijs q̄ sui heredes sunt. d.l. recusare. §. sed & ad fi
liū. ¶ Secūdō, etiā si aliunde fideicōmissario esset succurſū,
vt in d. §. si vero exp̄ssim. ¶ Tertiō qñ testator esset vilis p
sōa, heres aut̄ i diguitate cōſtitut⁹. l. sed & q magna. j. ad tre.
¶ Quartō, etiā si fideicōmissarius sit sub cōditiōe vocatus,
& pēdeat adhuc cōditiō. l. ille, à quo in princi. j. ad trebell.
¶ Quintō, qñ essent plures substituti, ad alterius istatiā gra
uatus cogi pōt. l. cogi. §. metianus. j. ad trebellia. ¶ Sextō,
vt etiā teneat heres adire hereditatē quā nō tenet restituere
si tñ illius aditio fideicōmissio necessaria fuerit. l. apud iulias
nū. §. idē iulianus. l. ij. §. interdū. ff. de vulga. ¶ Septimō, am
plia licet ipse fideicōmissarius fuerit, etiā directo iure voca
tus. l. recusare. §. titius. j. ad treb. ¶ Octauō, etiā si grauatus
heres esset in capax. l. marcellus. §. fi. j. ad treb, de hoc vltio
vide Guil. bñd. in materia fideicōmissi nu. Ixxiiij. ¶ Heres
tñ grauati defuncti an aditionē cōpellī nō posset. d.l. ille à q.
§. si de testō. j. ad treb. quod, p multaq̄ alia que in hāc cōclu
sione p̄tinēter & aptissime incidere possēt clarius exposui
mus, in l. eā quā. C. de fideicō. ¶ Redeo ad solutionē nři cō
trarij secundi, per quod multi conant̄ probare testatorē nō
posse trebellianicā prohibere, nā licet sit lata differētia inter
falcidiā & trebellianicā in quibusdā, vt nos plenē anteeā di
ximus hoc verū, existēte rōnis diuersitate. At, vbi ratio ea
dē & similis rep̄it, multo id magis vbi rō fortior oñdit vni
& idē dici debere arbitramur. ¶ Ad tertiu ſūdamētū vbi di
cebā esse pōderādū, q̄ in fideicōmissio vniuersali requīrebat
factū hois, dico id verissimum esse. Sed in legatis i quibus agi
tur de falcidiā detrahenda, facto etiā heredis opus est. §. j. de
legatis lega. isti, inq̄t, est donatio à testatore facta, ab herede

Primum Cap. Repe. I. in quartam.

prestanda. I. nisi forte ponas testatorē voluisse legatariū rem
legatam propria auctoritate capere. I. titia. cum testamento
§. j. de legat. i. §. Quadrans tñ his heredibus eā solā ob rem
quòd horum opera egeat legatarius, vel fideicommissarius
non debetur. Sed magis ut ad adeundū illi incitenſ. d. §. j. de
leg. falc. d. §. sed quia heredes inst. de fideicō. here. Nec verū
est, quòd heres grauat² certet de dāno vītādo, imo in trebel-
lianica detrahēda lucrū assequit¹. I. p̄em. & I. sequēti. ff. quæ
in fraudē creditorū, & ita rō illa tertia quātūis fortis videri
posset, est sublata. ¶ Quartū & vltimū satis vrget, quod fal-
cidia detra hatur contra voluntatem. d. I. titia. Verum tñ id
intelligi debet, ut sit contra volūtātē p̄sumptam, & oīno ta-
cītā, dum dispōit testator bona sua substituto restitui, & lex
restringit illā, & limitat, ne quarta ps restituaf. Quando au-
tē testator specificē eā prohiberet, hæc prohibitio esset lögē
fortior, quam quidem lex nostra tum facilius adiūuaret, vt
j. dicetur. prohibitio enim specifica etiam tacita, fortior est
quam generalis. I. itē apud. §. hoc edictum. ff. de iniur. exp̄-
sa. Et ex hoc remanet deffensa communis opinio, quæ vult
testatorem posse detractiōnē trebellianicē prohibere, quam
potes extendere & ampliare sequentibus modis.

¶ Primo amplia. etiam quando filius testatoris esset graua-
tus restituere, hæc ampliatio tollit tertiam opinionem, eorū
videlicet, qui distinxerūt esset ne de libēris prīmi gradus, q
grauaret, an extraneus, licet autē hæc distinctio videat fau-
re liberis, sintq; hanc opinionē tenentes magna auctoritate
viri. Ego tñ potius veritatē, quam quorūcūq; reuerētiā am-
plexor, quæ veritas durabus rōnibus clarissimē oīdi potest.
¶ Prima est fatēt hī doctores, idq; negare iure nō p̄nt, testa-
torē posse detractiōnē trebellianicē prohibere extraneogra-
uato, fareant nūc necesse est, filiū trebellianicā retinere tāq;
extraneū, licet legitimā tāq; fili⁹ detrahat tex. in. c. raynūt⁹.
ibi deduci p̄terea quartā, extra de test. Si igit̄ filius i trebel-
lianica velut extrane⁹ honoreſ ne eā deducat tāq; extrane⁹

*nosca p̄fud
D. de Gisnes*

prohiberi potest arg. l. fi. §. fi. de leg. iij. vbi igit̄ nulla sit dif-
 ferētia in acquirēda trebellianica, sit filius, an extraneus, qui
 grauat̄, cur in ea retinēda diuersa rō cōsiderāda est? ¶ Secū-
 da ratio est quod volūtati p̄is magis sit fauēdū, quām filijs
 excepta legitima. §. i. de triē. & semis. ibi reliquū verò subia-
 cet in voluntate parētū &c. Cū ergo filius suā habeat legitī-
 mā, quid iniuriæ filio fieri dici pōt, si pater vult reliquū bo-
 norū ad fideicommīssariū puenire? Potissimū cū potuīsse
 p̄ relicta filio legitima, in primo gradu fideicommīssariū vni-
 uersalē heredē instituere, videre potes, an nīra ampliatio iure
 defēdi possit, quā q̄tidie seruari video. Nec cōcludūt q̄tuor
 rōnes, quibus hī doctores ad distiguēdū mouebant̄, vt dixi
 in. iij. opinōe. s. ¶ Prīmō, nō obstat. l. iubemus. C. ad treb.
 qm̄ secūdū Cy. & alios p̄ multos illi⁹. l. tēpore trebellianica
 nō prohibebat, Sed cū hodie p̄ ius auc̄. fieri posset prohibi-
 tio. l. illā corrigi debere asserūt. Ego puto nō eē id necesse di-
 cere; sed ibi fruct⁹ nō extenuāt trebellianicā, quia, erat à filijs
 percipienda in locū legitimæ, cū vna quarta secundū doct.
 p̄ filiū detrahi poterat, si tñ filius legitimā h̄bet, & deinde q̄r
 tā trebellianicā effet detractur⁹, arbitror fructuū īputatione
 quartā minuī posse & simili mō eā totā auferri, istud pleni⁹
 videbis. j. post Pau. de cas. VP posses ad illā. l. iubem⁹. dicere
 fruct⁹ nō posse extenuare trebellianicā quā p̄ exp̄sse volue-
 rat detrahi, nā qm̄ semel eā iussit. detrahēda. Sí deinde ea ī fru-
 ctibus cōsumeretur filio grauato, eluderetur, quē à p̄cipio
 repellī fuisset melius, quām quod vocatus expresse nihil lu-
 cri demū p̄ciperet, arg. c. quēadmodū, de iureiu. vbi turpius
 (inquit) reiçcitur quām non admittit̄ hospes, p̄terea si p̄i ita
 crederetur, effet in eius arbitrio, quartam à senatuscō. taxā-
 tā ī munere aut ī mutare, qđ nīsi à legūlatore fieri debet. l. nēo
 pōt, de leg. ¶ Scđ o. l. si vt allegas, ēt nō p̄suadet, qm̄ falcidia
 q̄ ibi p̄ trebel. sumit̄, iure. C. nō poterat phiberi, hodie pōt,
 sic fit, vt illa lex corrigēda sit quod Cy. & ali⁹ pleriq̄ testant̄
 Sed vt euīteſ iuriū correctio dic ibi fieri detractionē vnius

Primum cap. Repeti.l.in quartam.

quarte, quo casu nec diminui eā posse dicēdū est, cū in legiti
mē locū desumāt, vt doc. dicūt. Ego opinior verius dīcī pos
se, quod ibi nō erat prohibita detractio īmo exp̄sse voluerat
prī falcidiā detrahī, quē licet in re certa foret detrahenda, ni
hil obstitit, quominus ex residuo integra esset deducēda, ad
quā prī eū exp̄sse vocauerat, vt dixi de.l.iubemus. Si igit̄ pī
ā principio detractionē quadratis īpedire velit, nihil i his
legib⁹ disponit, quod huic testatore auctoritati refrageat.
Tertiō, fauor filiorū, testatoris auctoritatē euertere mīni
me posse videt, quib⁹ precipue in legitima prouisum sit.d.
§.i.de triē. & semis. lex em̄ maiuult volūtatē p̄tis quā fauore
illū extra legitimā obseruari, vtī superiore loco declarauit.
Vltiō ius corrīgens in falcidiā extēdi posse ad trebellianī
cā oñdi, quod doctores predicti nō inficiant, cū autē id indi
stictē ab his affirmet, in psonā filiorū aliquid discriminis face
re posse nulla rō suadet, q̄ quoad quartā trebellianicā in nū
ro sunt extraneorum habendi. d.c.raynuntius &.s. dixi.
Amplia secundo, conclusionē, quē vult testatore trebel
linicā posse prohibere, vt id etiā possit tacitē. Pone primum
exēplū, qn̄ testator disponit declaratq̄ fideicomissum resti
tuendū his verbis. Oēm hereditatē restituas, tota hereditas
restituat, oia bona, vniuersum p̄tōnium. Totū et quicquid,
oia & quecūq; & si quē sint his similia, qbus testatoris mēs
declaret nihil esse, quod apud grauatū sit mansurū glo. est q̄
habet sing. in.l. decē. ff. de fideicomis. liberta, quā Bart. pro
bat, i.l.cēturio, nu. xxvij. ff. de vulg. s. dūmodo nō dicat mo
bilia & immobilia & ibi per Bar. Secūdū exēplū est, si testa
tor exp̄sse dixerit volo hereditatē restitui sine diminutiōe,
aut dicat nolo aliquid penes grauatū remanere Bar. in.d.l.
centurio, quē alij communiter fecunt. Tertiū exēplū, dū testa
tor ait, volo mea bona peruenire ad substitutū integra, vel
integraliter Bart. vbi. s. & glo. in.d.l. decē. Quartū exēplū,
si dicat voluit testator bona sua pleno iure deuenire, insoli
dū, libere, Bal. i.l.pcibus, nu. xluij. C. de impub. idē in auct.

sed cū testator nu.vij. C.eod.his casib⁹ grauatus trebellianicā nō detrahit perinde acsi testator diceret bona restituī, nullā quartā detractā, aut aliās quibusq; verbis exp̄sse quadratē detrahi prohiberet. ¶ Contra hanc sectūdā ampliationē quædā adduci pñt. ¶ Primō, tex.in.d.⁹. si vero exp̄ssim, de here. & falcī. vbi requiri exp̄ssa prohibitio quæ qñ necessaria est, nō pōt actus fieri p equipollens, minus igit̄ tacitē. l. fi. ⁹. omnē. C. de administ. tuto. Et ibi Bar. dicit (si nō serueſ forma exp̄sse) dispositiōes nihilvalere, notaſ ille tex. ad id per Ang. in. ⁹. i. insti. de vulg. substitut. ¶ Secūdō, accedat, qñ aliquid requiriſ pro forma nō pōt actus fieri p equipollens. l. i. ⁹. de libe. & posth. l. i. ⁹. iij. j. de verb. oblig. Sed ad prohibitionē trebellianicæ forma ē p illū. ⁹. si verò exp̄ssim tradita, quod exp̄ssim prohibeat, ergo. ¶ Tertiō, si per verba superiorius posita, ac per cōiecturas deductio quadratis im piediaſ, dicēdū est eū detrahi nusquam posse, nisi à testatore exprimat̄ eam detrahi debere, qñ semp̄ tacitē prohibet, & cōtra mentē testatoris deducit. d.l. titia. ⁹. eod. ¶ Quarto, in hac prohibitione tacita duo specialia cōcurrere vident̄, vnu quodd ius loquens de falcidia extēdā ad trebellianicā. Alterū q; dispositio tacita ibi vim habeat, vbi lex exp̄ssam desiderarit, duo autē spālia ex eodē fonte promanare nō est iure receptū. l. i. C. de dotis promis. l. & post. ⁹. gener. ff. de iure dot. ergo trebellianicam tacitē prohiberi posse falsum est. ¶ Quintō, accedat tex. i. l. qui totā. j. ad treb. vbi licet q; sit grauatus totā hereditatē restituere, pōt adhuc si sponte adierit, quadratē deducere. ¶ Per has rōnes nō desunt q; in ea sē tētiā eant, vt detractio prohibita nō sit, nisi qñ ea exp̄sse prohibita est, quos citat Pau. castr. permulticq; alij in ea auct. sed cū testator. Fel. in. c. auditis. de p̄script. qui tandem quadā distinctionē vſi, tūc demū tacitā prohibitionē valere aiunt si verba nihil aliud operari possunt. Verūt̄ quicqd ferat ibi, q; quid etiā cōsultū per alios ad inueneris tuā limitationē nō relinquito, qñquidē opinioes has singulares quę in cōsilij

Primum Cap. Repe. l. in quartam.

tenent pecunia, fauor grā, aut cōsultorū amicitia sēpissime
parit. Supiora igit̄ quatuor exempla tacite prohibitionis vera
sunt, & seruant, siue in extraneis, siue in liberis, iuxta qd extat
decisio Guido, pap. cccccxxxvij. ¶ Nec mouēt me quinq;
rōnes, quas in contrariū adduxi. Prima nō obstat, quod. d. §. si
verò exp̄ssā prohibitionē exigat, qm̄ in illis verbis oēm he-
reditatē, pleno iure &c. satis est voluntas testatoris expres-
sa, & ex his iudicantī animus ad id impellitur, vt putente
statorem velle nihil apud grauatum remanere, quod suffi-
cere arbitror. l. iij. C. de inst. sub cōditio, factis, sublatæ enim
sunt formulæ dispositionū, modò de disponētiū voluntatis
legitiè quidē cōstet. l. iij.. C. de liber. preteri. & §. in prin-
cip. dixi quod & Bal. probat in. d. §. omnē. ¶ Ad secundā ne
gat ingenuē illa minor, quòd videlicet exp̄ssō verbo prohi-
beo, aut sili, quadrās ipediri debeat, sat em̄ esse puto verbis
gnalib⁹ ad prohibitionē destinatis indicari, idq; oñdit Bar.
in. l. j. de vulg. vb̄ huius verbi. Exp̄ssū acceptiōes explicat,
dicēs dispositionē exp̄ssam verbis generalibus tm̄ pōderis
prese ferre quantū sp̄līb⁹, qd ibivideto nu. vij. cū sequētib⁹
¶ Ad tertiā, q̄b⁹ rōnē, q̄c vehemēter stringit, opinor respō-
deri posse, vt quedā sit tacita, q̄ ex eo dephēdit, quòd substi-
tutus est vocatus, vt. d. l. titia, & hēc est oīno tacita, q̄ nō ipē
dit prohibitionē. Altera est tacita, sed ex verbis fideicōmis-
siōnib⁹, que nō est oīno tacita, vt. si dicat, velim bona oīa restituti
aut alijs supiorū exēplorum verbis testator vtatur, & hīmōi
prohibitio deductionem impedit, vt nostra limitatione.
¶ Ad quartam. respondebis nō esse duo specialia, q̄ cōcur-
rant, immo verò nihil est specialitatis. Sed iure cōmuni, vo-
lūtate testatiū, & liberam cuiusc̄ rerū suarum dispositionē
esse amplificatā traditum est, voluntatem dico, quam verba
testatorum iuris interpretatione significant.
¶ Ad quintam, illa. l. qui totam optime probat per verbū
totum trebellianicē deductionem non impedire iure. fforū.
quo nec expressioribus verbis prohiberi poterat. l. j. §. inde

neratius infra ad trebellia. I. quod de bonis. §. i. ſ. eod. noſtra autē ampliatio ſecūdū ius nouiſſimū venit intelligēda, quo quibus verbis impediatur, nihil ſanē refert.

Amplia tertio, vt facta prohibitiōne in p̄mo gradu ceneſatur in cæteris gradibus prohibita ex doctrina Bart. in. I. lucius. §. ſempronie de lega. iiij. quod refert & ſequitur Guido pape, quæſtio. cccccxlv. facit in argumen. text. in. I. ſi ma- ter. §. final. ſupra de vulgar.

Amplia quarto, vt quando eſt prohibita falcidiā de lega tis particularibus, trebellianica de fideicommisso vniuerſali prohibita cēſatur, nā ſi lex que dicit falcidiā poſſe prohiberi, intelligat velle trebellianicā prohiberi poſſe ut tenuimus. ſ. Ita etiā quando testator prohibet falcidiā, ceneſtur velle trebellianicā prohibere. Cum optimum ſit argumentum de lege ad testatorem. §. diſponat, de nupt. colla. iiij. Hāc ampliationem quæ certè magna eſt, ponit Pet. ma thei. in. repet. I. filium quem habentem. **C**. familiā. hercifcō. quem Ias. refert in. d. I. marcellus. §. quod autem, nume. xlvi. Sed hāc ampliatio nō videtur mihi vera, falcidiā em̄ detrahitur à legatarijs, à quibus forte aliquid testator detrahī nō lit, qui tñ à ſubſtituto quadrantē deduci volet. Argumentū igitur de falcidiā ad trebellianicā aſſumitur ex testatoris auctoritate & potētia, vt is habeat auctoritatē prohibēdi trebellianicā ſicut, prohibere pōt falcidiā. Sed nō procedit argumentū in voluntate, vt in ferat vult vnu, ergo vult reliquu, q̄ ſi dicat, testator vult legare domū, ergo ſūdū, licet vtrūq̄ ſit in testatoris facultate. Sed hacten⁹ de tertia præfatiōe.

Q V A R T A P R A E F A T I O ,

VO T quartæ ex eiusdē testatoris hereditate detrahēti et poſſint, et debeat. Ultia hac p̄fatiōe determiſandū eſt. Et licet in hac re difficultas rariſſimē moueat, niſi liberis (q̄ ſunt heredes instituti) restituere grauat̄, erit tamē

Primum cap. Reperi. I. in quartam.

dubitatio nō mediocris, etiā qñ extranei d̄ restituēdo grauati sunt sic sit. vt tribus mēbris locus h̄c sit ex aīandus. ¶ Pri mū qñ grauatus est de liberis. ¶ Secundū qñ est de ascēdēti bus. ¶ Tertiū qñ grauat⁹ p fideicōmissū nō est talis, cui legi tīma debeat, & sic indeferēter de quocūq; loqmur, nō inspe cta grauati qualitate. Hoc tamē velim aī oīa intelligas, qñ q; esse plures heredes institutos, quorū aliquis plerūq; est in sua quota grauatus, aut legatis, aut fideicōmissio vniuersali, plerūq; etiā quilibet. Sed de vīno quoq; respectu suā por tionis dicēdū est, quod de solo herede in toto aīse dī. I. in sū gulis. s. eo. s. in primis insti. de fideicō. here. nī si aliud ex na tura contributionis dicendum foret, quod alibi tractauī, re deo ad articulos nostrāe præfationis.

¶ C I R C A prīmū ponā in primis cōem doctorū sentētiā qualis ea sit iuris veritate considerata. Deinde subiungā quid vīsi quotidianō fuerit, quid ve cōis causarū cursus te neat. Postremo adferā nouā quandā opinionem quā meo quidē iudicio de mēte vtriusq; iuris deprōpta esse intelligēti. ¶ Cōmuniſ scribētiū sentētia est, iure ciuili filiū siue purē, siue ad diē aut sub cōditione grauatiū nō detrahere, nī si vīna quartā, aut legitimā tātū, aut trebellianicā, si eā magis opta rit, pro qua communiſ opinione per multa iura citantur.

¶ Primo, tex. in. I. coheredi. s. cū filiā, ī ver. salua falcidīa. co heredū heredē &c. dixisset em̄ tex. saluis quartis &c. & ibi oēs, quotquot scribunt, illum tex. ad hoc notant. ¶ Secūdō tex. in. I. filiū, quē habentē ad finē. C. famili. hercīs. dū tex. aī s. quartā habens reddere cōpellit, ecce quadratē vñ retinē dū. ¶ Tertiō, tex. in. I. iubemus. C. ad trebel. ibi dodrās resti tui debet, & ita quadrās solus remanet penes heredē grauatiū. ¶ Quartō, tex. in. I. q; q;. C. e. vbī heres grauati id solū re tinet, quod legis falcidiē bñficio cōpetit. Si em̄ duas quartas heres deeraheret vltra falcidiā deduceret, quod ibi negatur, tametsi fideicōmissū sub cōditione relictū est. ¶ Quintō, tex. & glo. ibi in. I. j. s. fin. s. si cui plus quam p. I. falcidīa. vbī

vībe Bar. ¶ Sextō adduco iūs nouissimū, in auct. res quæ.
 C. cōia. de leg. vbi inquit imperator. Si liberis portio legitima
 nō sufficit &c. vides duas quartas nō posse detrahī alioq.
 ex rebus subditis restitutiōi alienari nihil potuisset, quādiu
 utrāq. suffecisset. ¶ Septiō accedere potest rō satis vrgens,
 si filius primo detrahit legitimā, & deinde sit locus substitu-
 tioni fideicōmissarię trebellianicā deduci nō posse constat
 qm̄ i ēā imputat qcquid habet iudicio p̄tis vt hac. l. dicem⁹
 si primo mallet trebellianicā, quā legitimā, in illā legitimam
 tenet imputare quicqd ad eū prouenit ex substātia paterna
 l. scimus. §. repletionē. C. de in off. test. sic fit, vt altera grau-
 tus heres cōtentus esse debeat. Per has rōnes, vna vox oīm
 est, quōd filius grauatus quoquomodo inspecta iuris cūi-
 lis veritate, nō detrahit nisi vñā quartā, licet filius possit ex-
 peditionē eligere secūdū Bal. in. l. filij. C. fami. hercif. Hanc
 cōem sentētiā veriorē esse dicunt, Bart. Pau. Philip. corñ. in
 l. cōg. C. eo. Imol. Alex. & Ias. in. d. l. coheredi. §. cū filiæ. §.
 de vulg. Bar. in. d. l. j. si cui plusq. &c. addit̄ insuper cōi oīm
 calculo decretales raynutius & Raynal, extra de testa. fuis-
 se promulgatas p canonū cōdītores ignoratiōe cūivilis iuris
 deceptos. ¶ Reliquū est videre quid cōis causarū vſus ob-
 seruarit; de quo & doctorū testimonio, & q̄tidianis foreſi-
 bus negotijs frectus affirmare possū, seruari distinctionē glo-
 farū, q̄ talis est, aut filius grauat pure, & nō detrahit nisi alte-
 rā, quā velut, multoties em est legitimā maior trebellianica,
 vt si vnicus filius grauatus sit, aut plures sunt filij oēsc̄z in-
 stituti & fideicōmiso grauati, qnq; trebellianica maior le-
 gitima vt si sint plures filij, quorū vñus solus vniuersalis he-
 res institutus est, ac restituere grauatus legitimā est vncia, aut
 duæ vuciae secūdū nūerū liberorū, & trebellianica est quar-
 te ps totius hereditatis. Si verò filius est grauatus ad diē vī
 sub conditione detrahunt duæ quartae, nēpe legitimia & tre-
 bellianica glo. in. l. cōg. C. eo. glo. in. l. papinianus. §. memi-
 nisse. ff. de i off. tes. gl. in. §. si verò nō implens in auct. de he-

Digitized by Google
Primum Cap. Repe. l. in quartam, red. & falci. col. i. gl. in. c. raynutius. extra de test. Distinctio ista, que per uniuersum orbem seruat secundum Paul. & Phil. corn. in. d. l. & & et idem testatur Ias. in. d. l. coheredi. s. ci Bald. filiae Bald. Paul. in. l. filium quem habentem. C. famili. herc est posita super illo. c. raynutius. & c. Raynaldus. extra de testa. vbi grauamen erat impositum sub conditione quo ea su deciditur ibi filium duas quartas detrahere posse legitima & trebellianica quod etiam glo. in. c. responsa in distincto intellexit in legitima & falcidia, hanc vos teneatis consulendo & iudicando. l. minime de legi. ff. disputando etiam & legendendo idem tuendum puto, quod iureconsultum bifronte esse non deceat. Dicam tamen. i. & consulendo & legendendo aliud non omnino quidem diuersum, teneri posse. Nolo tamen interea omittere qua ratione potuerunt canonicae legisperiti & glo. ciuiles adduci ad distinguendum hoc modum videlicet unam pure grauatus retineat ad diem autem aut sub conditione rogatus, duas deducere possit.

¶ Vna huiusc rei ratio est. quam Bal. ponit in. l. iubemus. C. ad trebell. nu. vi. quoniā si pure grauatur eodem tempore cōcurrunt due quartę nō modō origine, sed exactiōe vñ cū utraq; ex causa lucrativa percipiāt electiōe vnius altera tollitur. l. menius. s. duobus. ff. de legat. ii. Si autem ad diem, aut sub conditione fuerit grauatus, diuerso tempore, & à diuersis, detractio quartarum facienda est, statim mortuo patræ, a. l. legitima deducitur. eueniente deinde fideicommissi conditione, detractio quadrantis ab homine fieri diciatur, & hoc casu electione non tollitur. Quoniā (vt inquit) ibi Bald. non cadit electio inter purū, & conditionale, quippe conditionale minime debetur. Et cum legitima sit pura. l. quoniā in prioribus. Trebellianica autem conditionalis pendet, an detrahatur, vt potè quod pluribus ex causis futurum sit, fortè fideicommissum intererit.

¶ Ista ratio satī mihi facere videtur, quando filius sub conditione grauatus est, aut in diem incertā qui cōditioni equis

paratur. I. dies incertus. §. de condit. & demost. Sed si ponas filium ad diem certum esse grauatum, considerata superiori ratione, idem videtur ut in pure grauato, quoniam fidei cōmissum ad diem certū non dissimile est puro. I. vñica. §. cū igit̄ &. §. in nouissimo in princip. C. de cad. tollē. Verūta men glo. dicunt in fideicomisso ad diē certū duarū quartarū detractionē fieri posse, quia eodē tēpore detractio fieri non debet, superiorē rationem sequitur Ias. in. I. filiū quē habētē, idem in. I. coheredi. §. cum filiæ nu. xj. §. de vulg.

C Altera ratio dari potest cur diuersum sit in grauato pure & sub conditione, quoniā in priore casu, vtriusq; detractio simul concurrit, & vna in alteram inputatur, vbi autem deductio diuerso tempore fieret, vltimō detrahēda nō impunitatur, in primā, qā si in secundā ipsa cōputaret, per illā impunctionem videretur prima debitē soluta repeti, quod fieri in iustum est. I. naturaliter, de conditio. indebiti, supra.

C Habes quid in hac re cōmunicer seruādū sit, et q̄ pacto iuri ciuilī iura canonica preferēda sint quo in loco fideicōmis sorū verba, an pure: an alii fuerūt cōcepta est cōsiderādū dili gēter. Ex hoc sequiſ facilimam esse solutionē dubij huius q̄ q̄rtas fili⁹ grauat⁹ detrahit p̄cipue qñ grauamē ē exp̄slū, i q̄videri pōt apte, q̄ forma fuerit à testatore posita. **C** Quid aut in fideic. tacito, quale est, qđ in substitutioē directa cōtinēt, quale etiā qđ p clausulā codicillarē intelligit, ad qđ tolle duas cōclusioēs. Prīa oē fideic. vñinersale qđ i substitutione directa cōtinēt, ē 2ditioale, qm̄ oīs directa substitutio, sub q̄ obliq̄ cōtinēt, ē cōditioalís. gl. rub. ff. de vul. §. I. sub 2ditioē, & ibi Bar. §. de here. istitue. ita sit, vt due q̄rtę sint deducēde.

C Altera cōclusio, qñ succedētes ab itestato sūt gruati ex vi clausule codicillaris (qđ accidit qñ heres script⁹ defffectu testamēti fortē directo iure admittī nō pōt, obliq̄ saltī admittē dus est) grauamē istud pure ipositiū intelligit & ita sit, vt vna q̄rta tm̄ deducēda sit Bar. i. I. c̄p̄c̄. C. e. Bar. i. d. I. papinian⁹. §. meminisse, d̄ in of, tes. Bal. i. I. filiū quē habētē nu. xxxiiij.

nota / glas
Duo dōcens.
vñersale / y fidei
cōstitutioē / fidei
fasit

Primum Cap. Repe.l.in quartam.

Hac tñ conclusio locū nō haberet, qñ clausula codicilla
ris effectū sortiret rupto testamento p nativitatē posthumī,
quia ita dictū esset, si nō valet vel valebit iure testamēti &c.
quo casu nato posthumo pterito, succedētes ab itestato, gra
uati sunt restituere fideicomissū heredi scripto, grauamētī
nō orit, nī nato posthumo, & ita diuersis temporibus quartę
deducēdē sunt, quo casu vtrāq; deducēdā putare. Bal. in.d.

Uta. 1. secundum l. filii quē & ibi las. sequit nu. xj. **C**oīs illa obseruatio, q
vult filiū sub cōditiōe grauatū duas quartas deducere. Am
pliat in liberis secūdi gradus, Pone exēplū in quo maximā
vīdi controuersiā. Auus instituit nepotē, aut ex filio, aut ex
filia (vt in casu quē vīdi) is grauat, si siue liberis deceſſerit al
teri bona defuncti restituere, an duas quartas hic nepos de
trahere possit, videt dicēdū quōd sic, nihil em video differē
tiae, imo verō in nepote decidit, quod in filio est introductū.
l. liberorū de verb. signi. Accedat q in nepote grauato post
mortē intelligit si deceſſerit siue liberis, sicut qñ filius graua
tur. l. cū auus. ff. de condi. & demōst. Itē testm inter nepotes
cū duobus testibus valet sicut inter filios doct. in. §. ex imp
fecto. C. de test. In sup nepos eius, q grauat si moriat sine li
beris, facit deficere fideicomissū sicut filius. l. j. C. de cōdi. in
sert. Cōtra videt dicēdū, quōd liberis primi gradus multa
cōcedant, quae nepotibus nō cōpetunt. Primo liberi primi
gradus grauati nō imputat fructus i quartā. l. iubemus. C.
ad treb. & tñ nepotes sic, vt ibi. Secūdo liberi primi gradus
nō poterāt institui sub conditione casuali vel mixta, sed ne
potes sic. l. suis quoq; §. de here. instituē. Tertio in. l. honor.
C. de penis. In hoc articulo puto esse considerādū, an nepos
hic sit immediatus q̄a forte eius p̄ iam mortuus est, quo casu
arbitror nihil suisse decisū in filijs, quod idē i nepotibus dī
cēdū nō sit. l. gallus ac glius. §. de libe. & posth. §. sui. insti. de
hered. qualita. & differē. §. j. in aucē. de hered. ab intesta. p̄ci
pue hodie vbi conditio quecūq; i legitima, & dilatio oīs est
sublata ideo distinctio illius, l. suis quoq; iure hodierno nō

*q̄ dedit. 10. flos. Vener. 10. nepote. F. cōdictio
p̄sumus. Cōmū. P. cōdictio. 10. p̄ta. q̄ p̄ sum
q̄z mōrē. R. 10. nō. V. mōrē. 10.
to nos. h. p̄ta. p̄sumus. Cōmū.*

teruaretur, & testamentū quoquo casū valeret per illā. I. qm̄ in prioribus, et ideo opinor hunc nepotē sub cōditione per aū grauatum duas quartas detrahere. Sat isēm nepos tunc dicitur de liberis primi gradus, quē nemo p̄cedit. I. qui duos de reb. dub. s. In hoc nepote qui primū locum tenet puto nō debere intelligi. I. iubemus. in princ. & in. §. finali, Qñ verò nepos nō est suus nec primū locū obtinet, quia eius pater est in rerū natura multa fateor esse cōcessa liberis primi gradus q̄ nepotes nō assequuntur, vt in. d. §. j. de here. ab intest. §. ita demū. de here. q̄ ab intesta. deferuntur. Et sic dico intelligendas quasdā differētias liberotū primi grad⁹, & secūdī. ¶ In nostro p̄posito arbitror nullā habēdā esse rationē an supsit pater, an p̄defunctus sit, qm̄ postq̄ nepotē avus instituit, eū plus filijs dilexisse credit, cui duarum quartarū detractio negāda nō est. Per illā gñalē doctrinā iuris cōsulti q̄ vult appellatione filij nepotē contineri. d. I. liberorū. de verb. signi. notant doct. in illa. I. gallus. §. instituēs. s. de libe. & posthū.

¶ Limitta hāc conclusionē in oībus casib⁹ quib⁹ trebellianica detrahi nō pōt, vt si filij phibeatur detrahere trebellianicā. Si prohibeatur alienare cōtēplatione substituti, Si cogat hic filius adire, aut alijs similibus modis, quos supra notaui in precedēti p̄fatione. In his em̄ casib⁹ filius alter tā im̄ quartā feret nempe legitimā, hāc limittatio est generalis & verissima secūdū oēs opinio nes quā etiā Bal. tenet in. I. qm̄ in prioribus in si. C. de inof. testa. quā debes mēte tene, & videre illos casus, si cōtrouersia super harū quartarū detractione moueatur. ¶ Postremo nō tradenda est obliuioni nostra (quā sum pollicitus) noua etiā hoc loco cōside ratio, quę vnica cōclusione ostendetur, quā Tholosæ anno xxxij. publicæ cum plurisq; alijs conclusionib⁹ defendi. ¶ Conclusio hæc est, tā iure ciuili, quā canonico filius institutus & de restituēdo hereditatē siue purē siue sub cōditiōe grauatus duas quartas bonorū paternorū deducere pōt, nē pelegitimā & trebellianicam. Non desunt fortē qui in nos

ad hoc de reprobando gravataſſe fidei p̄nūlē p̄mo p̄b. ḡd. moni pōt dubit & de his q̄ p̄p̄ cōsiderat. Et

Primum Cap. Repe.l.in quartam.

stomachari videbunt, quod pmulta velimus recēs esse cōderanda, etiā si ad hęc vscē tēpora ex cogitata nō sint, potissū mū cū dixerim nihil esse disputādo afferendū, qđ idē iudicādo cōfirmati nō debeat. Insup quod superiore loco ea q̄ ab alijs nouiiter inueniebant tāto opere p̄pellebā. His velim es se iatis respōsum, vt cogitēt nos in primis cōmunes doctrinas nolle reīcere. Immo verō (vt vides) eas quam familiaris simē steri pōt, explanem⁹. Insup aduertant hi nos nouū alz qđ adferre nolle, quod prius ex antiquorū patrū, & textuū nullo quidē modo immutatorū, doctrina non promanarit. Si verō aliquot articulos, alijs rationibus, & iuribus expres sius attigerimus, quam fuerit p̄ alios explanatum, nihile est quod moueri debeant, sed ad rem nostrā pergamus. Conclusio hęc, quę vult omni iure filium duas quartas detrahere posse siue pure siue sub cōditione restituere grauetur, nō caret vrgentissimis rationibus. Primo cōsidera esse eligēda eam opinionē p̄ quam iurum evitatur cōtrarietas. Istud nempe mihi monstro simile videtur, ius ciuile & canoniciū inter se pugnare, quorū vtrumq; ad regendū hoīem cōstitutum est, quis autē nō putaret ridiculū illud esse si videat mēbra corporis semper inter se dissidere, nec posse conuenire? Sed si sequimur primā sententiā, quam. S. dixi esse cōmuniō rē, vides iura ciuilia esse cōtra canonica, si teneas distinctionem gloſarū, omittuntur iura ciuilia, quę hāc distinctionem nō admittunt, vt clarum est. Insuper seruat̄ etiā canonibus non reperitur distinctio comprobata, nā non est tex. de iure canonico, qui velit filiū pure grauatum vnica quarta cōtentari. At dicere nō potes, vnū mēbrum accipi à iure ciuili, vt si pure grauetur, sequamur ius ciuile, alterū à iure canonico si quādo scilicet grauetur sub conditione. Vide quæſo, diligenter ne (vt dicitur) laborandū putas cū boue & asino, nū quid em vides iura ciuilia loqui qñ sub cōditione filius grauatur. I. filium quę habentem. I. iubemus. I. quāq;, & ferē oia iura quę supra in prima opinione sunt allegatū. Secundū

autē nostrā sententiā has contrarietates euitabis, intelliges etiam quōd canonice legis periti melius intellexerūt iura cī uilia, quām hucusq; p docto. proclamatū fuerit. Preterea qñ hāc partē deffendinius cauſam filiorum agere videmur p quos duæ quartæ, etiam si purè grauentur, retinebuntur.

C Secundo accuratius mecum paulò cōtēpleris, Prius quām fideicōmissa fierēt & ita lōgē ante deductionē trebellianicē nunqđ legitima dabaſ liberis, que à principio fuit in locum alimētorum iuris naturalis surrogata, nemo istud inficiat. I.cū ratio. j.de bonis dānatorū. Cū deinde fideicōmissa debe ri cēperūt, q; iniūgebanſ & filijs, & extraneis, inueniūç est, quōd quarta retineretur, fuit ne puism solis extraneis? vt tum liberī ex illa inuētione detractionis, nullū comodū aut emolumētū referrēt? Quis dicet extraneos melioris fuisse cōditōis, aut esse debere, q; liberos, oīno certe cecutiēs, Si au tē dicas filiū grauatū fideicōmissō, debere vna quarta cōten tari, nō est q; filius Trebellio aut Pegaso ḡras agere, minus q; referre debeat, cū aīn istud senatuscō. filius legitimā nullo senatuscōsulti bñficio detraxiſset. Inuētio igī detractionis vt extraneis p̄fuit, eodē quoq; modo liberis eā prodeſſe de bere fatēdum est. Accessit itaq; filijs hāc vtilitas, vt vltra legi timā etiā trebellianica illis cōcedat. **T**ertio, puto etiam adduci posse, quōd qñ pater purè grauat filiū de restituēdo, aut vult filiū restituere hereditatē, & tunc nō vult legitimā restituī quae nō est quota hereditatis. I.cum queritur. C. de inoffi. testa. & supra plene ostendi. Aut vult pater bona sua restituenda, & tunc etiā legitimā non comprehēditur, quia bona dicuntur deducto ære alieno. I. subsignatū. §. j. de verbo. signifi. & legitimā respectu patris q; alienum esse nō du bitatur, quam velit, nolit, ei relinquere tenetur. Si igitur hoc mihi vnum dederis (tribuere autem necessario debes) legitimā in fideicōmissō nō cōtineri, quare filiū nō deducet quar tā p̄tē eorū q; teneat restituere, sicut extraneus. p̄cipue quōd filius vltra legitimā, extraneus censeatur, vt supra s̄epius,

Primum Cap. Repe.l.in quartam.

Quarto(ne videar nouā hanc filiorū utilitatem solis rationibus sustinere) adduco tex.apud me vehemēter virgētē in.d.l.coheredi.¶ cum filiæ,& satis mirari nō possum,quod doctores illū tex.ad alia partē inducant. Dicit tex.ibi cogē dū patris hereditatē(vt ab ipubere fideicōmis.&c. Tex.declarat fideicōmissū iniunctū post mortē filij, censiō ab ipso filio relictū,& nō à veniētibus ab intestato. Sed nullā aliam ob caufam id dici pōt,secūdū Bar.Pau.Alex.& I.as. nī si legittimā nō cōprehēdat. Si igitur tex.velit legittimā nō ve-nire,& antea dixerat(salua falcidia) hoc est trebellianica se-cundū oēs, expressus est ibi tex.quod ille filius cui onus fideicōmissi est impositū,detrahēt trebellianicā,vltra legitimā. Satis em̄ alioqui dixisset(salua falcidia)nec oportuisset subiū gere,vt ab ipubere.&c. quod ad nihil aliud seruitnisi vt legitima nō sit restituēda. **Q**uinto tex.est in.l.quo-tiens.¶.hoc titu.& ibi glo.vbi caueſ, heredē posse primō de-ducere falcidiā,& deinde id quod legatarius capere nō pōt, ecce concursum duarū detractionū eodē tēpore.Cur igitur filius nō habebit trebellianicā,& legitimā a:cuius legitima fideicōmissarius est incapax.imo pater nō pōt de illa dispo-nere in cōmodū fideicōmissarij.d.l.qm̄ in prioribus. **S**ex-tō, discussiam veritatē rationum distinctionis glosarū,cur aliud sit in puro grauamine,& aliud i cōditionali. Satis em̄ puto opinionē eorū(qui īndistincte dicebant,filiū vñā-tū veritate iuris inspecta deducere) debilitatā, aut verius fractam esse per quinq̄ superiores cōditiones. **R**atio di-stinctionis glosarum est,qm̄ si purē sit filius grauatus cōcurrit eodē tēpore duarū quartarū detractio,quarū (vt dicunt) vtrq̄ ex causa lucrativa ortū habet.Id,pfectō,non est oīno verū qm̄ legititia per filiū p̄cipit,tanq̄ æs alienū,& pater est respectu illius quasi debitor.d.¶.si verò nō implens, nec est lucrū, sed quasi lucrū.l. si quis legatū,in si,iuncta ibi glo.¶.ad.l.corñ.de falsi,quicquid aliqui velint,in.l.iiij.¶.C. de iur.& facti ignorā. Insuper nihil video, cur duæ cauſæ lucrativæ

non possint in rebus diuersis cōcurrere, nec video etiā quod vna ex corpore alterius deducat, nā à lege fiet deductio legitime & deinde post fiet restitutio & detractio trebellianica ab hoie, vnde etiā si purè grauetur filius, eodē momento deductio fieri non pōt, qm̄ lex multo cītius operatur, q̄ ho-
mo argumēto notatorū, in l. cū hereditas. C. depositi. Pre-
terea, si sub conditione filius graueſ deductio vtriusq; eodē tpe fiet, sicut qn̄ purè, qm̄ pēdēte cōditione, nec legitima nec trebellianica deducitur. Est em̄ aduertēdū, quod cōditio nō suspendit institutionē filij, sed solū substitutionē, purè em̄ si
lius in totum est institutus, & ita nec à lege interea fit separa-
ratio, lex enim ignorat futurum euentum an locus vñq; sit
fideicommissio futurus. argumen. l. ventre. s. de acqn̄itend.
hered. & ita illius legitimā separationē lex non facit. l. i. &
ij. s. de acqui. here. Bar. in l. quia poterat. j. ad trebel. Pau. in
l. heres. instit. C. de impub. precipuē qn̄ dubiū adhuc est, de-
beat ne restitutio fieri. Ars em̄ siue lex & natura nihil faci-
unt fruſtra. l. hēc stipulatio. s. j. j. vt lega. noīe cauea. nihil igi-
tur detrahetur donec verificata cōditione quo tēpore gra-
uamē est purificatū, & sic nulla esse pōt, quantū ad has de-
tractiones attinet, differentia. ¶ Septimō respōendum est
iuribus, quē allegantur pro prima opinione, quibus docto-
res dicunt expreſſe fuisse decisum, vnicā quartā à filio quo-
quomodo grauato detrahi tm̄ posse. Licit videat difficultis-
mū illis iuribus respondere, tm̄ ex his quæ supra planē, pba-
ta sunt, respōderi posse puto facillimē. ¶ Ad l. coheredi. s. cū
filiae, iam satīs est responsum, quod falcidia, siue trebellianis-
ca detrahit ex his, quæ restituenda erāt, in quibus legitima
nō cōtinebatur ut lex ibi pbat, vt supra induxi. ¶ Ad secū
dū dico. l. filium quē habentem, nihil obſtare qm̄ dū text. di-
cit supra quartā habēs &c. loquitur de his, quæ heres habet
supra quartā in bonis subditis restitutiōi, & ita legitima in
qua grauamē ipositū nō erat, nō venit in illā restitutiōem,
sed residuū à legitima quod scilicet restitutiōi erat subdi-

Primum Cap. Repeti. I. in quartam.

tū & hoc, ne ille filius sit peioris cōditionis quām extraneus.
Extraneus ēm̄ quartā eorū quæ sunt subdita restitutione
tineret, quod filio nō puto denegādū. ¶ Ad. I. iubemus, dic
etīā Dodrans debet restituī dodrans inq̄ eorū, quæ sunt sub
dita restitutioni. Nihil tñ obest quin vltra quartā, debeat le
gitimā retinere in qua substitutio facta nō est. I. qm̄ in priori
bus, hoc etīā preterea peto, quare tex. loquereſ ibi detractio
ne, si filius vnicā tātū quartā posset deducere? nunquid sine
illa lege, imo sine bñficio senatuscōs. legitimā haberet, quæ
regulariter maior est trebellianica (legitima ēm̄ est triens vel
semis, sed trebellianica est quadrans aut faltem illo iure erat
æqualis) vana pfecto esset decisio, nisi vltra legitimā, altera
quarta retineretur.

¶ Ad. I. quāq̄ etīā dīci potest, quod falcidia illa siue tre
bellianica deducitur ex subditis restitutioni, & vltra illam
habebat filius legitimam, vt supra dixi. ¶ Ad quintū etīā
est responsio perfacilis, nam ibi tex. loquitur de quarta de
bita patrono, quæ nō est tā debita, quām legitima filio, nota
tur. in. d. l. si quis legatū. de fals. j. Si replices quod glossa. ibi
& Bar. inducūt illum tex. ad filiū, ergo. Fateor opinonē cō
munē. illā esse. Sed nec opinonē singularē reprobandā pu
sto, si melioribus rōnibus fulciatur. l. j. §. sed neq̄. C. de vete.
iur. enocl. c. j. & ibi glo. de his q̄ fiūt à maio. pte cap. in antiq.
notat. Panor. in. c. j. ad finē. de constitu. in antiq. Dicet fortas
sis quispiam, nunquid superiore loco ac səpius repulisti sin
gulares opiniones? Preterea dīxisti nihil dicendū legendō,
quod nō seruetur iudicādo, sed satis constat quod hęc opि
nio nō seruatur. Respōdeo singularē opinionem nō debere
introduci fucatis rationib⁹, at ibi vrgentes sunt rationes p
iuriūm cōcordia, p filiorū vtilitate, nihil est vicij, q̄ à cōi opि
nione recedatur, dumq̄ ais nostrā opinionē nō seruari, idfa
teor, sed forte in futurum seruabitur, qñ enim auditores ho
dierni preerunt, aut intererunt cōsilijs, rationib⁹ his forē
moti hanc seruabunt, scio tamen futurū p practici, quibus

nunc opinio antiquorū est infusa, huius sententiae nō memini
nerint, immo vero ego in iudicij cōem tenerē, quod ita ser-
uet vslus, qui tamen per dissuetudinem facile mutari potest.
¶ Ad sextum dico in illa auctē. nihil probari pro cōi, quia
licet dicat tex. si legitimā non sufficiat, de his quae sunt resti-
tutioni subdita, posse alienationē fieri. Nō pbaē q̄ filius nō
possit trebellianicā deducere. Dico em̄ vltra legitimā, totū
esse restitutioni subditum etiam quadratē, qui deinde be-
neficio senatus consul. retinetur, & ita ex residuo à legitimā
detractio fiet. Si dixeris, si vltra legitimam potuissit detra-
hi trebellianica, cur textus ille permisisset ex causa speciali,
quod heredi līcuisset iure communi. Dico heredem graua-
tum non posse alienare etiam cui competit detractio trebel-
lianice nisi tunc demum facta restitutione. tex. in. d. l. final.
§. penulti. & finali. C. cōmunia de lega. Licet enim aliena-
ta imputentur in trebellianicam per. l. marcellus. §. res quae
j̄ ad trebel. non est tamen ex eo permisum res restituendas
alienari, nisi in casu illius aucten. Res quae. Quo sit vt. d. au-
ctentica induci possit, pro nostra opinione, quae aperta fron-
te docet legitimam non esse de corpore eius quod restitu-
debet. Et cum quarta trebellianica sit quarta pars ei⁹, quod
debet restitui, sequitur filium vltra legitimam posse quadra-
tem indistincte retinere.

¶ Ad ultimum, affirmant doctores non posse responderi.
Puto tamen, q̄ ratio illa non concludat necessariō, dum em̄
fit illa partium enumeratio vtra prius deducatur? & q̄ pri-
ma in ultimam debeat imputari &c. Dico priore loco legit-
imam ministerio legis (statim atq̄ fideicommissum debe-
tur) deduci, deinde cum restitutio sit, grauatus si vult, dedu-
cet trebellianicam. Et quando aīs in trebellianicam, legit-
imam imputari id falsum est, nec tex. noster probat vt dicam
infra, nam filius grauatus nō habet à patre legitimam, sed
à lege, ergo &c. l. pater filiam supra eodem. Ediuerso quo-
q̄ si trebellianica prius detrahatur (quod tamē non admitto)

Si parētibus fūtor j felicem gaudiūlūtis quod t̄ ad dōmīnū p̄

Primum Cap. Repeti. I. in quartam.

deinceps petens legittimā, non deberet cōputare, quod contra voluntatē patris pcepit qualis est trebellianica. I. titia. eo. vides facile ī ū, cui licet replica fieri possit, sup tex. dīcei clarius. Sed de primo mēbro huius p̄fationis hac tenus.

S E C V N D U M mēbrū ē qñ grauatus p̄ fideicōmis sum est de ascēdētibus, quia forte filius grauat patrē, autma trem hereditatē restituere qua ī re variā sunt doctorū sententiae. **P r i m a e s t P a u . d e c a s t . i n . l . i j . C . d e i m p u b e . L u d o . r o m a . i n c o s i l i o . c c . x x x i x . t e n e n t i ū , i d e m o ī n o d i c e n d ū e s s e d e p a r ē i b ū , q u o d s t a t i m d e l i b e r i s d i x i , n ē p e v t d u a s s u b cōd i t i o n e g r a u a t i d e t r a h a n t . A l t e r a e s t o p i n i o B a l . i n . l . s t ā m i l i t e . § . f i . d e t e s t a . m i l i . q u ē s e q u i v i d e t l a s . i n . l . f i l i ū q u ē h a b ē t ē . n u . i x . l a s . i n . l . g ī n a l i t e . § . c ū a ū t . i n . v i j . l i m i t t a t i o n e . C . d e i n s t i t u . & s u b s t i . s u b c ū d i t . f a c t a , l a s . i n . a u c t ē . n o u i s . n u . x l i j . C . d e i n o f . t e s t a . H a c f i r m a t G a l i a u l a i n r e p e . I . c e n t u r i o . a d p r i n . q u i v o l u n t n u l l o c a s u p a r ē t e s d u a s q u a r t a s d e t r a h e r e p o s s e p r o h a c o p i n i o e v i d e t t e x . i n . l . f i l i u s s a . § . e o . E g o a r b i t r o r p r i m a o p i n i o n e e s s e v e r i o r ē , v t s i t i d ē d i c e d ū d e a s c ē d ē t i b u s g r a u a t i s , q u o d d e l i b e r i s , q u o s t , v t p u t e m e o s e t i ē p u r e g r a u a o t s d u a s q u a r t a s d e d u c e r e d e b e r e , p m u l t a e n ī m f u n t , i n q u i b u s l i b e r i p a r ē t i b u s s i m i l e s f u n t , v t s u p r a d o c u i , n e c a b h a c o p i n i o n e p o s s e m a b d u c i , q u o d p l u r e s s i n t d o c t o , q u i a l i ā p a r ē t e s t u e a n t u r , q u ā m q u i h a n c d e f e n d a n t , n ā B a l . d i c e b a t i b i c o g i t ď d ū e s s e . P r e t e r e a p l u s a p u d m e p ū t e r i t a s , q u ā m p l u r i ū d o c t o r ū a u c t o r i t a s . C o n s i d e r a d i l i g ē t e r q u i d r e c t i u s q u i d u e æ q u i u s d i c i p o s s i t , q u ā m p a r e n t e s m o r t e f i l i o r ū m e l t o s p e r p o r t i o n ē b o n o r ū d o l o r e l i b e r o i ū a m i s s o r ū r e l e u a r i , p o r t i o n ē (i n q u ā m) q u æ e x f i l i o p a t r i c ū c e s s a v i d e a t u r , l e g i t t i m a e m n à f i l i o s e d à l e g e p a r ē t i b u s t r a d i t u r . I . n ā & s i p a r ē t i b u s . § . d e i n o f . t e s t a . § . p r i m ū i t a q ū d e h e r e d i . & f a l c i d . c o l l . j . P r e t e r e a c o n s i d e r e s q u o t & q u ā t a f i l i u s à p a r ē t i b u s b ī f i c i a s i t c ū s e q u u t u s . Q u ā t o f i l i o s a m o r e p a r ē t e s c ū p l e c t a t u r , q u i b u s s a t i s s u m i m p u l s u s , v t p u t e m p a r ē t e s d u a s ū q u a r t a r u m d e t r a c t i o e m i n i m e p r i u a n d o s e s s e . D i c a t c a**

teri, quod lubet, ita iudicadū existimo, precipue in matrib⁹
 quæ sæpen numero vīdūæ pluribus curis ac miserijs crū-
 cianf, quas equū est bona pte facultatū filiorū recreari à q^e
 bus easdē honorari amplāq^e renūteratiōe donari iure diuino
 traditū est. ¶ Ultimō mēbro agendū est, qñ nō attēdit sit ne
 ex ascēdētib^s, an ex descēdētib^s, q grauaf nūqd ples qrtæ
 deducē possint. Pōe, istitut^o ē titius à q^e 2plura legata relicta
 sunt, estq^e grauatus p fideic. vniuersale vti. l. fi. C. ad treb. an
 falcidiā & trebellianicā detrahere possit. Licet nō reperiām
 istud ab aliq^e declaratū, arbitror duabus cōclusionib^s hūc
 locū expediri posse. ¶ Prīma est, qñ eodē tēpore deductio
 quartarū fieri debet, (in hoc loco cū de legitima nō loqmur
 sequor cōes doctōrū rōnes quas supiore casu cītāi) qui avī
 delīcet legata sunt purē relicta, est etiā purē heres de restituē
 da hereditate grauatus, nō detrahunt due quarte, tex. in ar.
 in. l. j. §. deinde. j. ad treb. tex. i. l. j. §. fi. j. tit. j. Si igit^r heres pri
 mō restituat hereditatē, deducit trebellianicā, qua puarī nō
 poterat. Legatarij autē petēt integrā legata à fideic, q^e tū nī
 hil retinebit. d. l. fi. C. ad treb. tex. i. l. j. §. si is q^e, &. §. fi. cū. l. se-
 quēti. j. ad treb. falcidiā. aūt prīmus heres nō petet, qm ipse
 legata nō soluit. Si autem pōas heredē prīmō legata soluiſ-
 se, deducet solā falcidiā, de treb. em nō est disputādū. p̄cipue
 iure antiq^e, q heres grauatus non tenebaſ falcidiā restituere,
 illā em amittere nō poterat. l. quod de bonis, §. j. §. e. lic fit, vt
 fideicō. nihil p̄cipiat. Hodie aūt p aucf. sed cū testator aliud
 dicēdū putare, nō qdē duas quartas detrahi. Sed falcidiā ad
 fideicō. puenire debere, voluit em̄ testator heredē, q dupli-
 onere grauaf, nihil cōmodi habiturū, dū em̄ post multa le-
 gata heredē grauat, itelligi grauamē debet in falcidiā q sola
 penes heredē remāserat, & falcidiā satis exp̄sse prohibita ē,
 dū eā solā habēs alteri restituere grauatus est. l. j. ff. de liber.
 & posthu. Sed nō est sine dubio, quòd legatarij legata cōse-
 quant, alter aūt heredū nihil pcepturus sit, iure antiq^e, fideic.
 nihil habet. Iure aucf. heres prīmus nihil retinet, legatarij tñ

Primum Cap. Repe. l. in quartam.

Vnicā detractionem patiunt̄. Sed id totū ex mēte testatoris pcedit q̄ duplici onere heredē suū cōtriuīt, legādo, & fidei cōmittēdo. Sup hac pria cōclusiōe: q̄ro qd dicēdū est d̄ filio q̄ est grauatus purē, ab eoq̄ p̄ m̄lta legata relicta sunt. Cōis obseruatio vult q̄ hic filius solā legitimā habeat, ego puto idverū, qm̄ ē phibita treb. si p̄io restituat & si p̄io legata sol uat, d̄z falcidia restituere quā p̄i p̄ot̄ phibere, alij dāt rōnē ne cōcurrāt due detractiones eodē tpe, ne ue vna ex corpore alterius euellaſt̄ ſm Bal. in. l. Scimus. nu. iiii. C. de in off. test.

Secūda cōclusio, qñ falcidia & trebell. diuersis tēporib⁹ detrahi debēt, heres p̄les deducere p̄ot̄. Exemplū eſt, si legata relinquant̄ purē, q̄ dodrāt̄ exhauriāt̄, & graueſt̄ hereditatē restituere ad diē vel, sub conditione. Idē dicēdū puto, si lega ta ſint ſoluēda ſub vna 2ditiōe, hereditas aut̄ reſtituēda ſub altera, & haec cōditiōes diuerso qdē tpe adiplement̄ q̄ caſu de tractiōes illarū nō cōpetūt eodē tēpore. Cōclusio hæc probab̄ ex diſtinctiōe glosarū, quas adduximus, in p̄io mēbro, licet em̄ hec quartē habeat̄ titūlo lucratiuo, ille tñ diuerso tēpore, & ex diuersis q̄q̄ rebus deducunt̄. Sic fit, vt retēta falcidia ex legatis, eueniēte poſtea cōditiōe fideicommissi, illa falcidia fideicommissario reſtituāt̄, ex qua quarta portio deducet̄, velut doc. dicūt de liberis q̄ detrac̄ta legitima primū, deinde alio tpe trebellianicā deducūt, nec eſt, cur diuersū cēſe re possis. Ego puto (vt. 3. dixi.) iſtō hodie teneri posſe. At an tiq̄ iure, cū nō liceret testatori heredē falcidia priuare, arbitr̄or, q̄ nec eū de reſtituēdo illā grauare potuiffet. d. l. eū bo nis. §. i. 3. e. **R**estat assignare rōnē diuersitatis cur i. i. 2 cluſione, dū heres falcidia reſtituebat, nō detrahebat quartā illius, i. hac vero secūda deducit. Opinor posſe dari differētiae rōnē, qñ minus diligebat̄ heres purē grauatus, q̄ sub cōditiōe, ergo & c. l. publius. §. fi. 3. de cōd. & demo. in ſup de tractio vtriusq̄ eo tpe fieri reprobaſ ſecūdū doc. diuerso mi nime, ego has rōnes ſatis admitto, qñ de legitīa nō cōfēdit, ad quas rōnes ſubiīgo pſuasionē probabilē, qñ deducta fal cidia ſi statim ex ea quarta trebel. deduceret̄ vna ex altera

euelleret, qd nō ē dicēdū, secūdū Bal. i. d. l. iubem⁹. At qñ de
 ducta falcidia, diu penes heredē remālit, amisit qrtē nomen
 estq̄ p̄foniū heredis, qd cū deide restituēdū est, nihil īpedire
 debet qmīnus qrtā portio deducat tex. habes huic rei aptis-
 simū i. l. si à me. s. e. ibi post tps. ¶ Sequit̄ ex hac cōclusione
 heredē posse tres qrtas ex vna hereditate deducere. Pone fi-
 liū iſtitutū à q̄ legata ad diē relicta exhauriūt dodrātē, q̄ etiā
 sub cōditioē grauat̄ hereditatē restituere. Prio detrahit le-
 gitimā. Scđo eueniēte die legatorū soluēdorū deducit falci-
 diā p. d. c. raynutius, qd de his duabus quartis loquit̄, aut
 saltē de ijs intelligi pōt. secūdū gl. in. c. r̄nsa. ij. distin. idq. s.
 notaui. Tertio eueniēte cōditioē fideicō. deducet treb. vt di-
 ximus statim in secūda conclusioē, nulla em̄ re heres īpediri
 pōt hāc detrahere. ¶ Sequit̄ insup heredē posse i eodē testō
 q̄tuor qrtas deducere. Pōe filiū iſtitutū, à q̄ legata ad diē reli-
 cta sūt, estq̄ sub cōditioē restituere grauat̄ ei, q̄ modice por-
 tiōis capax ē. Prio legitimā. Secūdo faleidā. Tertio trebel-
 lianicā deducit vt i pcedēti illatiōe. Quarto deducet portio-
 nē cuius substitut⁹ icapax ē. l. q̄tīes. s. e. ¶ Subsequit̄ here-
 dē posse quīq̄ qrtas ex eo. testō ītrahere. sit spēs facti hmōi,
 testator filiū iſtituit heredē, legata i diē relicta sūt, sed tātavt
 sexdecī vncias sint, ē et grauat̄ sub cōditioē restituere ei q̄
 est capax modice portiōis, hoc qdē casu, p̄io lege. xij. tab.
 quartā deducit. l. i. q̄tītate. s. fi. s. e. deide als q̄tuor qrtas de-
 trahet vt i pcedēti corollario. ¶ Possit̄ et ponere casū q̄ idē
 heres sex qrtas deducere q̄at, i eodē testō. Sit cas⁹, fili⁹ iſtitu-
 t⁹ est à p̄e, q̄ conuolarat ad scđa vota, is p̄ portionē quādā
 habuerat à priavxore, heredis m̄re, fuerūt ad diē relicta lega-
 ta sexdecī vnciarū, fuit heres grauatus sub cōditioē restitue-
 re ei q̄ alicui⁹ portiōis icapax ē. Prio portio q̄ fuit m̄ris dedu-
 cit. l. ḡnalit̄. C. de secū. nup. Scđo q̄rtā à l. xij. ta. & deinceps
 vt i pcedēti illatiōe. Pōt postremo singi cas⁹ vbi heres septē
 deductiōes facere possit. Pōe titiū dñe suo filio aliqt vncias,
 habuisse q̄ à sua priavxore als vncias, iſtituit hic p̄ suū filiū
 & legat sexdecī vncias ad diē, q̄uat sub 2ditiōe restituere ei

Secūdum cap. Repeti.l.in quartam.

q̄ incapax est nisi promodica portiōe. Discurre diligēter & reperies casū verificatū. Primo filius suum debitū deducit, cōfecto inuētario.l.fiñ.᷑. in cōputatione. C.de iure deliber. Secūdo portionē, que fuit matris. Tertio quartā à lege. xij. tabul. Quarto lēgitimā. Quinto falcidiā. Sexto trebellianī cā. Septimo id cuius suđstitutus est incapax, vt ex superiori bus liqt. Nō mouearis, quod has portiones vocē quartas, & si quartae qñc̄ nō sīnt, qñi iura, & glo. alijc̄ doctores, vocāt lēgitimā quartā, & tñ trīes est, aut semis. Rurs̄ hēc quibus dā inutilia videbunt, sit ita sanē, subtilia tñ sunt, & vera ad q̄ si iurecōsul. prius cogitarūt, vt iurib⁹.᷑. allegatis oñdis, cur nobis & illa huc adferre nō licebit? vbi subtiliorū inge- nia hēc possint cōtēplari, alearum em̄ ludus prohibitus est, quartarū autē minime. H̄abes quatuor p̄fatiōes satis pro līxē, utl̄iter tñ explicatas, quib⁹ primū caput p̄cipiale ab absolutū est venio ad tex. & ad secundū caput p̄cipiale,

♪ SECUNDVM CAPVT
PRINCIPALE. ♪

HO C secundo capite ponitur declaratio huīus.l.in quartā, & glossarū oppositionū etiā Bart. quo circa in tres articulos caput istud secūdū distribuet. In q̄ rū primo literalis expositio poneſt. In altero expedient̄ glos ſe. Tertio oppositiones Bart. declarabuntur.

♪ Primus arriculus, text. declaratio. ♪

CPR O huīus articuli expeditione diuidēda est litera in tres partes. In prima ponitur quid sit in falcidiā imputandū. In secunda ibi (sed in fideicomissaria) quid in trebellianicā. In tertia ibi (si quid ergo) declarat vñ dubiū circa id, quod causa cōditionis iplendæ capitur. Secūda subdiviuitur in. iiii. particulas que ex infra dicendis tibi faciles erant. Hēc lex sic diuīsa, h.d.

Heres falcidiā detracturus in eam: quod hereditario iure retinet: imputare dicitur: id vero quod iure legati: fideicommissi: aut implende conditionis causa capit: in falcidiā nō est imputandū. h. primum. Heres trebellianicā deducturus in ea imputat: quod iudicio testatoris iure hereditario: aut quisquis alio particulari titulo ymportanter caput. Si quid autē disformiter accipiat: hereditaria: portio sola in trebellianicā est imputanda. h. secundo. Quod causa conditionis implende ab herede capitur: nō modo non impedit falcidiā: immo nec legatis quidē ab herede prestādū minuit: quominus integrū contribuāt: cū ceteris legatis: que prestaturus est. h. d.

Martianus.**Lex. xc.**

In quartā hereditatis: quā per legē falcidiā heres habere debet: imputatur res: quas iure hereditario caput: nō: quas iure legati: vel fideicommissi: vel implende conditionis causa capit: nā. He in quartā nō imputantur. Sed in fideicommissaria hereditate restituenda: siue legatus: siue fideicommiss. datum sit heredi: siue p̄cipere: vel deducere: vel retine re iussus est: in quartā id imputatur: Pro ea vero pte: quā accepit a coherede: extra quartā id est: quod a coherede accipitur: Sed si accepta pecunia: hereditatē restituere rogatus sit: id: quod accepit: in quartā ei imputatur: ut diu? P̄ius constituit: Sed et quod implē de conditionis causa fideicommiss. heredi datur: in eadē causa esse admittendū: sciēdū est. Si quidvero implē de conditionis causa heres accipiat a legatarijs: in falcidiā computatione nō prodesset: et ideo si. c. prediū legauerit defunctus: si quinquaginta heredi legatariū derit: centū legatis computationē fieri: et quinquaginta extra hereditatē haberis: ne in quartā ei 2putentur.

Priusq; literalē casum exponamus, necessariū esse puto quedā verba breuiter explicare, quae videntur materiā obscuriorē facere. **P**rimū habes triaverba imputatio siue computatio, collatio, & cōtributio, quæ licet videantur significationē in genere eandē habere, nēpe ut sint aliquarū rerū in vnum

*Imputatio
Coelatio
Collatio*

Secūdum Cap. Repe.l.in quartam.

cumulatio,& aggregatio, habet tamen propriam specificā
& diuersam definitionē. Imputatio & cōputatio licet ite
se differre videant, vt imputatio sit cumulatio rerū in ea por
tiōe q̄ deduci debet, vt.l.n̄a (imputatur res) & ibi(nā h̄e in
quartam imputatur) rursus ibi(in quartā id imputatur).l.
quod autē.l.id autē.ś.eo.& res dicuntur imputari.i.ascribi
vt locum teneat in his qui sunt detrahēda. Cōputatio est cu
mulatio rerū in hereditate ex qua deductio fit. s.j.q testa fa
ce.pos.inst.l.deducta in princ. j.ad treb.l.j.s. si debitor.ś.eo.
est etiam alia differentia, que videtur hic dñs Franc.de rip
nu.lxxvij.explicare,q̄ est paulō obscurior quam n̄a. Verū
tū q̄a in hoc nihil vtilitatis esse pōt,cū fiat vtraq̄ cumulatio
ne legata dīminuāt & ne à legatariis defalcēt. Iura his ver
bis promiscue vtuntur, vt imputatio pro computatione &
ecōtra fumat, vt hic,(in falcicidiae cōputatione) in.l.oīmo
do. s.si. C.de in offic,testa.l.nesennius.l.in singulis.l.si ser
uo.ś.eod. Et vtroq̄ in eandem significationē vtitur hic Al
ciatus noster,vir vtiq̄ iureconsultissimus. ¶ Est igitur im
putatio,rerum cumulatio per filium,aut heredem facta, vt
quarta deducēda,ex his q̄ alteri relicta sunt impleat, hēc im
putatio est ad cōmodū eorum introducta, quibus heres ali
quid soluere tenetur. Dum enim heres falcidia,aut alia de
ductio vti cupit, per imputationē portio, quam deducer
minor erit,aut se penumero nihil detrahetur, de hac imputa
tione siet in huius.l.processu mentio. ¶ Collatio varijs mo
dis assumit vt per Bal.& Saltc.in.l.si emācipati. C.de coll.
& apud canonū,& apud civilis iuris cōditores distinctas si
gnificatiōes habet,videto Ias.in rub.de coll. C.Nos tū hoc
loco de ea collatiōe loqmur,quā accipiunt in ea rub.de col
bono. j.&. C.de colla. Est itaq̄ collatio, aliquarū rerū in cō
mune latio glo.rub. j.de colla.bono.quā probat doct.intel
ligo collationē esse cumulationē rerū in hereditate, vt ea de
mū maiore facta,portiones succedētiū siue ab inestato,siue
ex testamento sint ampliores, sic sit, vt imputatio & colla

differunt
S. ecclesio
et impo-
lato

tio q̄ longissimè distent. ¶ Primo differunt, imputatio con-
cernit quartā, ne per illius deductionē, filij i petēda ea quar-
ta (quam legitimam vocamus) heredibus obsint, néue here-
des, qui grauati sunt, legata aut fideicommissa à se prestan-
da extenuent, imminuant, & defalcent. Collatio autem con-
cernit patrimonium à quo per eam cumulatiōne rerum am-
plificato & aucto, portiones deinde maiores accipi possint.
¶ Secūdo id quod quis imputat, sibi retinet, & cōseruat &
residuum tradere cogit. At q̄ cōfert, aliqd tradit, & à se abdi-
cat, vt deinde ex toto patrimonio portio cōpetēs p eū acci-
piāt. ¶ Tertio imputatio fit i quartā, etiā si is q succedit nō
sit de liberis. I. oīmodo. C. de in offi. testa. Collatio verò non
habet in cōsideratione, nisi liberi succedāt. I. vt liberis. I. libe-
rios. C. de colla. Bal. in. I. qm nouella. C. dei ot. tes. ¶ Quar-
to imputatio eū actus etiā extraneorū, vt qn fit imputatio i falci-
diā, v̄l in trebe. p heredē, q pōt extraneus esse. Collatio tñ ni
si inter liberos rep̄iri pōt, nec etiā inter ascēdētes, aut collate-
rales Bal. in. d. I. qm nouella & s. diximus. ¶ Quinto imputa-
tio locū habet i filio q succedit titulo pticulari, vt in eo q fa-
ctis codicillis legitimā petit, q est quota honorū. Si quid for-
tē ex substantia p̄is habuerit. I. scimus. §. repletionē. C. de i
of. tes. tñ nisi succedāt vniuersal' collatio locū nō habet. I. à
p̄e. I. filiā. C. de coll. Pau. cas. in. I. illud. C. de col. M̄to p̄la
huc adducere possemus, sed aptius expedīunt. §. in materia
legitimarū vbi in specie decidemus que sint i legitimā filio-
rū imputanda, in quib⁹ aliquę cōuenientię inter collationē
& cōputationē exponēt. ¶ Cōtributio est legatorū aut he-
reditatū calculatio. I. i rōe. i. §. qslitū. §. e. Bar. de materia harū
cōtributionū plenē. I. q fūdū. §. coheres. §. e. Pau. Imol. in. I.
coheredi. §. coheres. §. de vulg. quā ego explicauī p notabiles
cōclusiōes i. l. si filius q p̄i. §. de vulg. Et differt p̄io hæc
cōtributio, à nra imputatiōe qm illa istituta est, vt videat an sit
dodrās legatis aut fideicō. particularibus exhaustus necne
imputatio v̄o p̄supponit fuisse dodrāt̄ exhaustū, & falcidię

Secūdum Cap. Repe.l.in quartam.

locum esse, quo casu quarta deducēda est, vndē prius fit cōtributio, quām cōrēdat de imputatione, facta enim cōtributiōe plerūq; repīt falcidiām cessare, & tunc de imputatione disputare vanū est. Secūdo differūt quōd imputatiōe etiam vtendū sit, dum filius legitiūmā petit, itē qñ grauatus per si deicōmissum vnūversale quadrātem retinet. Sed cōtributio tunc demū considerat, si inter heredē & legatarios controvērsia moueat, sit dodrās exhaustus necne. Habet specificā horū verborū differentiā, licet ex illa gñali cōueniētia sēpe nūero vnū pro reliq; sumat, vt in tex. nrō ibi (cētū legatis cōputationē sieri) hoc est, cōtributionē vt dixi i sūmario tex.i. nesennius. vers. plane. s. eod.

*hereditario
res ipsius
iure suu
testatoris
familia*

bon

¶ Secundo p̄emittēdū est, rē aliquā capi posse iure hereditario, qñc iure particulari, vt titulo legati, fideicōmiss. &c. idq; facilimū ē. Et em rē qs accipit iure hereditario, qñ ea habet qā institutus heres est, alioq; ea nō habitur, vt si titio instituto decē vnciē ab eo legatē sūt, habet titius duas vncias iure hereditario, in his em titius admittit qā institutus. Iure autē legati, res habet, quē alicui cōpetit cauſsa legati quā, nisi legata siue plegata fuisset, nō h̄ret, exēplū d̄ legato, p̄i iſtituit filiū in decē imperialib; & eidē legauit domū, hec domus habetur à filio iure legati. secūdū exēplū de legato iſtitutis duobus hereditib; p̄t testator secūdo legare aliquid expōtione prīmī, qñ facta erit diuīsio, hic secūdus heres ea rē legatam habet titulo legati. Exēplū de p̄elegato duobus iſtitutis, testator reliquit corpus hereditariū, p̄tio heredi, hic prīmus heres habet p̄legatū. l. in. fideicōmissariā. s. si legatū j. ad treb. in q̄ mediā p̄tē habet iure legati, qā nisi fuisset illa res prelegata, mediā tantū latus erat, quā iure hereditario habet. l. legatum. s. heredi. s. de lega. j.

*quid sit
relinquitur
arbitror esse
testator aliquem onerat ea
leg. si heredi quicquām dederit, istud quod da, datum causa
cōditiōis iplēde dī, de q̄ tex. nr̄ ibi (vel iplēde cōditiōis cā*

capit, & ibi. (si quid verò implēdæ cōditiōis) tex. in. l. si quis sub cōditiōe dandorū decē. s. si quis omisi. caus. testa. l. filiū quē habentē. ibi cōpensato preterea &c. C. famil. herciscū. qui tex. in proposito nostro multoties allegat, ideo nec par est, vt declarationē eius desideretis, quā videatis infra. Istud datū caussa cōditionis implēdæ, vocatur alio noie mortis caussa capio. l. id autē. s. eod. l. quod cōditionis. s. de mortis caussa dona. quod & Francī. de rippa probat. nu. xxv.

¶ Quarto, non est omittendum, rem duplīci iure assumi, quandoq; iure vniiformi, quandoq; diformi. **Res vniiformiter** capit, qñ in ea. titulus hereditarius, & particularis, nō concurrit simul, sed vel sola institutione habetur, vel particulaři tantū titulo, quod statim in .ii. præfatiūcula dixi. **Difformiter** autē res aliqua capi intelligitur, in qua titulus hereditarius & particularis simul concurrunt, ponito exemplū, duobus institutis, alteri plegat domus hereditaria, in ea institutionis titulus cōpetit, vt pote in media pte, cōpetit & legati in alia media parte, horū declarationē Bar. Pau. cast. Alex. Pau. pīcus. & ceteri quoq; profitētur. **Tu collige** tria esse necessaria, priusquā m res titulo diformi heredi sit relicta. **Primum**, quōd duo tituli simul concurrant, vsque adeo quōd integrā rem non haberet altero titulo tantum. **Secundū** quōd alter ex his titulis sit hereditarius. Inuit hoc Bart. in summario, si igitur in aliqua re concurrat titulus legati, cum titulo fideicomissi vel cum titulo cōditiōis implēdæ, ius diforme nō esset, cum sit particulare solum. **Tertium** re quiritur q; hæc duo iura in eadem re integra reperiantur, quo sit, vt si domus titulo hereditario, fundus titulo legati p̄cipiat, titulo vniiformi res h̄e percipientur. Istud pulchre declarat Alexan. hic cui de Rippa assentiri videtur.

¶ His itaq; breuiter præmissis, casus est huiusmodi. Tītius duos instituit heredes, à primo legauit quinq; vncias cum dimidia, quibusdam legatarijs si darēt heredi decem graua uitq; alterū ex legatarijs legatū, vt pote decē restituere here

Secūdum Cap. Repe.l.in quartam.

di, excoheredis etiā portione ei legat fundū valentem decē, vides hūc prīmū heredē (cuius semis penē exhaustus est) habere dimidiā vnciā iure hereditario, decē caussa cōditionis implēdæ, decē ex fideicōmissō p̄ticulari, habet insuper fundum à coherede ex illius portione, titulo legati. Testatore mortuo, adīaq; p̄ heredē hunc hereditate, legatarij integra legata petūt, heres vult quartā defalcare, quę est vnciā & dimidia, legatarij obiisciūt, imputatis dimidia vnciā, bis decē, & fundo, atq; in vnū cumulatis, heredē vnciā cū dimidia habiturū, aut si quid defuerit, offerunt cōplere. Heres autē hec imputare recusat. Dubitatū est quid horū sit in falcidiā imputandū, quidq; nō imputādū. Martianus iure cōsul. ponit duas regulas. Affirmativa est, hunc heredē in falcidiā imputare quicquid iure hereditario percipit, & sic dimidiā vnciam Negatiua est, eutn nō debere imputare quod titu. lega. fidei cōmissi. aut caussa cōditionis implēdē habet, & ita bis decē, & fundum habet sibi p̄cipua. Deducetq; ab oībus legatarij vnciā, q; cū dimidia, quā imputat, quartam efficit. Sum in iij. parte (sed i fideicōmissaria) Testator duos heredes instituit. Prīmū grauauit de restituēdo suo semisse, retēta dimidia vncia sempronio, si sempronio decē grauato dederit. huic etiā grauato legauit ex portione coheredis, aut legatario quodam decē, ei quę p̄legauit hereditariū fundū, itē centū libras ex hereditate. Post mortē testatoris oportuit hunc heredem restituere hereditatē, retēta in primis quarta trebellianica, q; erit vnciā, & dimidia. Quæsitū est, quid ex illis, quę grauato sunt relicta debeat in quadrantē imputari? in secūndo res̄pōso principali, vnicā regula affirmativa ponit, q; hmōi est. Quod p̄ grauatu iure hereditario habet, vt pote quia iuslīa est aliquid p̄cipere, retinere, deducere. Itē quod iure legati siue fideicōmissi, est in trebellianicā imputandū, & sic dimidia vncia imputabitur. Itē legata decē. Sum in vers. (pro ea verō parte). Limitatur regula nisi res aliqua iure disformi acciperetur, quo casu portio hereditaria imputat, altera nō;

& ita ex fundo hereditario prælegato, media pars imputat in trebellianicam, altera media est grauato p̄cipua. Sum in vers. (Sed & si accepta pecunia) dubiū est an in pecunia illa hereditaria grauato relicta sitratio diformis iuris habenda, an tota sit imputanda, quod verius esse ait iurecōsul. nempe ut tota imputet, quod & diui Pij auctoritate cōprobat. Sū in vers. (Sed & quod implēdæ) quid dicet de his decē qui p̄ fideicomissum grauato sunt cauſa cōditionis implēdæ sol uēda: respōdet, id in eadē cauſa esse, quod de pecunia hereditaria statim dicebat, nēpe ut totū in quadrātē imputetur. Colligit etgo oīa quæ defuncti iudicio p̄ grauatū habētur debeat in quadrantem trebellianicū imputari, preter portio nē rei titulo diformi à grauato retentæ. Sum in tertia parte (Si quid verò) dictū est circa primā partē in secunda regula, id quod cōditionis implēdæ cauſa capit in falcidiā nō imputari. Sed dubiū est, an illud idē extenuet legatū, an verò integrū legatū (nulla ratione eius habita, quod heres conditionis implēdæ cauſa capit) contribuēdum sit, cū cæteris, q̄ per heredē cōtribuūtur, quod verius esse inquit tex. ponēs exēplum. in spē. hoc. d. tex. vñq̄ ad finē. ¶ Satis p̄ te ipse postes notabilia colligere ex hoc tex. quē clari intelliges, si rationibus dubitandi rñderis, in quibus dissoluendis, diuersitatē intellectuū pponem⁹, notabilia autē, & regulę huius literę, ad vnguē in tertio capite examinabūtur. Adducā igit̄ in primis aliquot oppositiones cōtra sententiā Martiani huius legis cōditoris, quibus ea oīo infringi posse videbitur, hisq̄ exsolutis, defensioq̄ iuriscon. responso, expedient aliquot glosæ, quæ egebunt interpretatione. Postremo quoq̄ oppo. Bar. non omittētur. ¶ In text. in quartā (hereditatis partem) vult iurecōsul. quartā falcidiæ esse quartā hereditatis partē, simile in l. j. §. j. ibi ne minus quam quartā partem hereditatis. S. eo. ¶ Oppono primō, si portio quā heres, lege falcidia retinet, est quarta ps hereditatis, quero ubi sunt alii tres quartæ; non pot̄ dici eas esse penes legatarios, qui sunt

Secundum Cap. Repe. I. in quartam.

particulares successores, fatearis igit̄, necesse est, totā hereditatē penes heredē ppetuo esse. In trebellianica, facile digno scitur eā quartā hereditarīs pte esse, quod penes fideicōmis sariū aliae quote reperiātur. Secūdo, is totā hereditatē habet, quē oēs hereditarij honores oiaq̄ onera sequuntur. I.j. C. si cer. pet. I. si hereditatē. ff. mādat. I. nō amplius. in fine de lega. j. l. hereditatē. ff. de dona. quæ oia cū penes heredem sint, eundē integrā hereditatē habere dicēdū est. Tertio, quod immo sit quota honorū, nā priusquā illa deducatur, es alie nā detrahendū est. I.j. §. fi. §. eo. I. imponēda. C. eo. §. fi. insti. eo. ergo quota honorū dicit. I. subsignatū. §. j. ff. de verb. sig. Ob id etiam legitima. quota honorū vocat. I. papinianus. §. quarta. §. de inof. testa. Tres hæ obiectiones & cōplures aliae, quæ cōtra tex. subiçtetur, indicat maximā nře. I. difficultatē. Sed his satisfaciēdū est, ne putes dici posse, vt dicunt quidā (quorū nomē nūc in mētē nō venit) qui simul atq̄ rationē quandā, & æquitatē pprivat prudētia & cerebri ppriv adinueniūt, nō verent affirmare iure cōsultū rectē nō cōsiderasse, q̄a (vt dicunt) homo erat, q̄ si verò ijde d celo descēderit. His satis supra puto ostēsum, decisiones tanto examine pluriū iure cōsul. et impatorū simul, cōpositas. (tex. in pphēmio fforū. in. §. j. de nouo. C. faciē.) esse sustinendas, & toto conatu cōseruādas, nisi ab his immutētur, qui legū condendarū auctoritatē habeāt, qui etiā tū doctissimorū ad hoc congregatorū consilio vtuntur. Dico igit̄ iure consultū Martiānū rectē fuisse loquutū. Prima obiectio fortissima est, sed dico, quartā detrahēdā per legē falcidiā, dici quartā hereditatis. Et dū quæritur. quis habet alias tres quartas. Aduertē dū puto diligēter, quod tpe aditionis & aī legatorū solutio nē hereditas dicitur tota & integrā penes heredē, q̄ intellec̄tualiter diuidi debet in quatuor ptes, & si plus, q̄ ascendūt tres ptes, sit in legatis soluēdis cōsumēdū. Lex falcidia vult vnā illarum quatuor ptium remanere pencs heredē, ne iuas nū heredis nomē habeat, ideo quarta hereditatis vocat, sed

an solutionē legatorū, fateor quidē facta legatorū solutionē
 nō reperiri posse quatuor ptes hereditariās, nā tres portiōes
 hereditariæ sunt in legatis soluēdis cōsumptæ. Et sic dum
 q̄rebatur, postq̄ falcidiā est quarta hereditatis, penes quē re
 sident alia tres quartæ hereditariæ? Respōdeo eas fuisse cō
 sumptas, & in legata cōuersas, ministerio legis falcidiæ. Si
 aut̄ lex falcidiā locū nō habet, q̄a dodrans nō est exhaustus,
 puto hereditatē per legata nō cōsumi, licet res hereditariæ
 per heredē in aliū trāsserendā sint. Vides alia ratione fal
 cidiā dici quartā hereditariā, & alia ratione trebellianicam,
 quæ est penes heredē. Nā alia tres quartæ, supersunt per s
 fideicommissarium. I.i. §. ad trebellia. §. sed quia. inst. de fi
 delicomiss. hereditatibus, quare ante deductionem illius nō
 deducitur æs alienum, licet secus in falcidiā aut legitima vt
 statim dicam. ¶ Ad secundū, verum est oēs honores & one
 ra ad heredem à defuncto trans̄isse. Et dum cōcludit q̄ inte
 gra esse debet hereditas penes eum, & non quartā solū, dico
 id verum ante solutionē legatorum, quę faciunt locum esse
 falcidiæ. Sed facta solutione non est integra hereditas, sed
 quarta, quia legata absūpserunt dodrantem. id est tres
 partes hereditariās, vt dixi in solutione precedentis contra
 ri, Replicabit puectus, cōtra etiā solutis legatis adhuc oēs
 honores & oia onera sunt penes istū heredē, ergo adhuc ha
 bet integrām heteditatē. & nō quartam, respōdeo, honores
 & onera an illā solutionē & sic tpe quo ītegra hereditas pe
 nes eam erat, fuisse collocata, & heredi affixa quę deinde so
 lutis legatis non possūntrursus proponi. Si quis iterū dīcat
 hereditas est res icorporalis, q̄a est ius. I. nihil aliud. de verb.
 sig. §. i. insti. de re corp. & incorp. Idecīreō diuidi nō pōt. quo
 sit, vt post soluta legata, quarta dici nō possit, sed hereditas
 integra & ī diuidua. Respōdeo multa esse iura q̄ diuidi pos
 sunt diuisione legali, vt vſusfructus, hereditas. I.j. §. si vſus
 fructus. §. eo. I.i. I. ij. §. de acqui. here. I. si alienū seruū. §. finali.
 §. de heredi. insti. quod vides, q̄n plures heredes instituūtua.

Secundum Cap. Repe. I. in quartam.

¶ Ad tertium quod fortius est profecto, Frācisc. de Ripa videt ei respōdere nu. xxxij. Sed eius solutio mihi nō satis facit. Dico igit̄ sic, es alienū, fateor, debet deduci antequām detrahaſ falcidia. d.l. in imponēda, verū tamē facta solutiō aeris alieni, nō video, cur adhuc nō dicatur hereditaria, alioqui nullus hereditatē haberet, nisi creditoribus teneretur, qđ satis absurdū arbitror. Et qñ infertur, ergo quota bonorum erit, cōsequētia nō valet, quia adhuc sunt alia onera, nem̄ pē soluēdorū legatorū, & an illorū solutionē (quo tpe hereditatis vocatur). lex falcidia eā quartā deducit, quā hereditatis quotā esse necessum est. Dubiū est nunc, quare legitima dicitur quota honorū, & nō hereditatis. Respōdeo, legitimā nō esse ptem patrimonij, inclusis legatis, nec filius legata soluere tenet, pterea licet in falcidia, & in legitima es alie nū deducatur, tñ qui retinet falcidiā, es alienū soluit, is verò q̄ legitimā deducit, nūsc̄ creditorib⁹ obligat⁹ fuit, vides ex superioribus, differētiā harū triū quartarū, quā bene notabis, qm̄ docto. malē declarare videntur. ¶ In textu (quam per legem falcidiā heres habere debet) oppo. Verbū debet necessitatē iducit, l. sepe audiui cæsarē. §. de offi. p̄sid. sed nō est nesse heredē quartā habere, qua cogi nō pōt adire, licet i vniuersali fideicomis. secus. ¶ Secūdo poterat heres hic priuari quarta p̄ legata libertatū. l. papinian⁹. §. quarta. §. de inof. testa. Itē hodie pōt phiberi, nihil igitur est quod heres quartā habere debeat. ¶ Impugnatio huius particulę tex. nō est multū vrgens, dico ad primā opp. heredē, debere quartā per legē falcidiā cōsequi. Nec me mouet, quōd verbū debet dicat necessitatē. qm̄ necessitas nō esset iposita heredi, vt argumentū pbat, sed legatarijs, qui velint, nolint deductionē illius quartę patiētur. ¶ Ad secūdā, tex. noster loquēs de falcidia, intelligit qñ esset locus detractioni. Sed in duobus ex emplis argumēti sunt duo casus speciales, qbus falcidia nō pōt deduci, vt §. istos declaraui cum pluribus alijs. ¶ In tex. (imputant res, quas iure hereditario capit) opponitur, filius

legitimā iure hereditario, & institutionis capit. §. aliud quo
q̄ capitulo, in auctē. vt cū de appell. cognoscit, quā filius nō
debet in falcidiā imputare, cū integrē duas quartas detrahe
re possit, vt fatentur oēs. secundū Pau. de cast. in. l. quāq̄. C.
eo. & supra plus dixi. ¶ Secūdo dūx̄ cauſe, in eadē re que
rēda nō cōcurrūt. l. meū ius. §. duobus. de legat. ij. Sed heres
rem hereditariā habet à lege testatoris. §. disponat. de nupt.
col. iiij. quomodo eandē rē à lege falcidia, heres ipse retinet,
cū id quod meū est, alioqui meū fieri nō pōt. l. & an eadē. §.
actōes. ff. de excep. rei iud. §. sic itaq̄ discretis. insti. & actio.
¶ Tu dīc duas rōnes parū obesse. Nā dū in. i. oppo. allegat
legitimā nō imputari i falcidiā, id docto. negarēt, vt. s. dixi. Li
cet si deductiones concurrant eodē tpe vtrāq̄ detrahī fateri
debeāt p. c. raynūtius. Ideo cōsequēter ad id quod supra te
nui, puto filiū nō capere legitimā à testatore, sed à lege, cui
pater nud⁹ mīnister est. d. §. si vero nō implēs. ¶ Ad secūdā
dīco, rem, quā heres habet iure hereditario à testatore, nō ha
heri ex alia cauſa, nec lex falcidia facit, quod illa res iterum
acquirat, sed facit, quod quarta ex solis legatis integra non
deducatur, quodq̄ res illa semel ex institutione q̄fita, teneat
locū ad quartā cōficiēdā, quare in illa re querenda due caus
sæ minime cōcurrere dicuntur. ¶ In tex. (nō quas iure lega
ti.) oppo. quod īmo legata imputētur in falcidiā, qm̄ impu
tantur in trebellianicā, vt hac lege. ij. responso. ergo. & c. nul
la em̄ est diuersitatis ratio, igitur. l. à titio. ff. de verb. obli. l. fi.
C. eo. ¶ Secundo sicut trebellianica est inuēta, vt heres in
uitetur ad adeundū. §. sed quia, insti. de fideicō. heredi. & res
quocūq̄ iudicio testatoris p̄ grauatū habita, imputat, ergo
res quoquo modo p̄ heredē habeat, in falcidiā imputari de
bet, cū inuenta etiā sit, vt heres ad adeundū incitet. §. i. insti.
eod. ¶ Tertio adducitur tex. in. l. marcellus. §. quod autem.
ij. ad trebel. vbi assumitur regula in hac materia. Quod dici
tur de trebellianica. idē dicitur de falcidia. Cū ergo i trebel
lianicā legata imputētur, ergo in falcidiā. Hæc fundamēta

vita
Secundum Cap. Repeti. I. in quartam.

sunt sanè difficultia. Sed ad primū dic, esse cōplures rationes differētiae quare potius in trebellianicam legata imputetur quām in falcidiā, quas docto. hic diligēter excogitāt, & singulas Alcia. noster elegatissimē psequit̄ subiugēs suā nouā rōnē ad quā ait hucusq; aduertisse neminē. Paul. picus etiā antiquorū rationes cōfutat. De Rippa hic, post Pau. picum dicit durū esse lapidē qui inter dētes antiquorū dūtius p̄mā serir, tandem (inquit) ego homūcio quid dicam, homūcio erat (vt fertur) & pusillo corpore, sed doctrīna iuriūq; cognitio ne meo iudicio sūmus i primisq; eruditus. Nobis hoc loco illud tribuetur, vt quæ iudicio nō harū verissima fuerit dicamus, & tandem quid nobis in hoc articulo videat, subiuga mus. glo. i verb. id imputat̄, ponit rōnē differētiae, quod heres, qui deducit falcidiā, teneat̄ ad oia onera, quo noie is gra uatur vehementer, quare in alio releuari debet, quod videli cet imputet solū ea q̄ p̄cipit iure institutiōis. Heres autē qui trebellianicā capit, nō tenetur, nisi p̄ parte. §. sed quia. insi de fideicō. hered. & hoc modo releuat̄, potuit igitur grauas ri (vt legata in quartā imputētur) argu. l. eū qui, ff. de iureiu. Hanc primā rōnē sequūtur Cy. & Sali. in. d. l. filiū quē hīnē. Pau. d̄ cast. hic dicēs esse rationē substātialē. Sed Bar. Alex. & moderni hāc reprobāt, nā (vt dicit Pau. à mōte pic. & Al ciatus, quibus assentior) es alienū, est an deductionē falcidię sublatū. l. in imponēda. C. eo. vnde, vt quid in falcidiā impu tetur, æs illud alienū efficere non pōt. Cōfirmo, si ratio esset bona, dicendū foret, quod vbi nullū esset es alienū, legata es sent in falcidiā imputanda, cessaret em̄ ratio ergo & c. l. adi ḡere. §. quāuis. j. de iure patro. c. cū cessante, de appell. extra. Preterea si æs alienū esset habēdū in cōsideratiōe. cōtrariū dicēdū esset, cū grauatus, magis releuari debeat, qui velit, no lit, implicat̄ oneribus, & adire cogitur q̄ heres qui falcidiā detrahit, nec adire cogitur, sed spōte necessitatib⁹ se submit tit. Ideo ei succurrendū nō est. l. si fideiussor. §. j. s. qui satis cog. Nec obest illud q̄ grauatus & si cōpellatur, oia transſer-

rat, in fideicōmissariū &c. nā adhuc cōstat quod tum deduc-
 tio nihil ei vtilitatis adfert, quod tñ secus in herede vtente
 falcidia dicendū esset, qui & si in falcidiā imputet legata,
 hoc tñ consequetur quod ex oībus ad minus detrahetur
 quarta. ¶ Secūda rō est Bar. hic nu.vj. legata (inquit) nō im-
 putant in falcidiā attentis verbis legis falcidiæ quæ vocat
 hanc quartā falcidiæ, quartam hereditatis. l.i. §. j. s. eo. & hīc
 in principio, ideo debet haberī iure hereditario. Sed quarta
 trebellianica nō vocat quartam hereditatis. §. sed qā heredes
 insti. de fideicō. here. & si enī ibi dicatur quartā p̄ inde deduc-
 ci atq; & c. verbū perinde dicit similitudinē quantitatis, sed
 nō qualitatis, hæc est mens Bar, in. j. questione hāc rōnē im-
 probant, & bene Paul. à mōte pico & Alciatus hīc, quod in
 d. §. sed quia, ponat similitudo inter has quartas sine distinc-
 tiōe, vt vtraq; quarta hereditatis dicat, igit̄ eodē modo in
 vtraq; dīcī oportet, posteaq; exp̄ssam differētiā nō reperim̄
 l. de precio. ff. de public. in rē actio. Oñdo vltra eos rationē
 Bart. non possē deffendī, qm̄ quarta trebellianica rectius dī
 quota hereditatis quām falcidia. Cū grauatus retenta quar-
 ta adhuc teneat creditoribus, quod es alienū pri⁹ deduci nō
 debeat. §. sed quia, insti. de fideicō. here. In falcidia aī detra-
 ctionē es alienū deducit, & sic nō tenet ampli⁹ per illa quar-
 ta quo fit, vt nō tam propriè falcidia voceū portio heredita-
 tis, quām trebellianica. l. si hereditatē. §. mād. Insuper addu-
 co tex. formalē quod trebellianica sit quota hereditatis in. l.
 j. C. ad treb. preterea grauatus de restituendo hereditatē nō
 restituit nisi dodrātē. l. iubemus. C. ad treb. & retinet qua-
 drantē, quadrās autē quota hereditatis est, ergo, istud plenī
 j. examinatur. Cogita etiam quod ratio Bart. fundamentū
 capit à rōne glossā, quæ fuit destructa, ergo hæc secūda te-
 neri non potest. l. egī tecum. ff. de exceptio. rei iudica.

¶ Tertia ratio fuit Bal. in. l. filiū quē habentē. C. famil. her-
 cisc. quod falcidia deducat de bonis & sic de rebus particu-
 laribus, quia prius es alienū est deductū. d. l. i. imponēda. C.

etod. & in rebus particularibus non sit surrogatio rei in locum alterius. l. emptor. ff. de heredita. v' actio. vend. ideo legatum in locum falcidie non surrogatur. Sed trebellianica deducitur ante eis alienum. d. s. sed quia. inst. de fideicom. hered. & ita assumitur de vniuerso. quo casu in locum vnius facile admittitur subrogatio. l. imperator. s. de leg. i. Idecirco legata in trebellianica imputari facile possunt. Ista ratio minus valet quam superiores. nam videtur velle Bal. falcidiā non esse quotā hereditatis. qm̄ dic̄t eā non assumi ex vniuerso quod est. contra hūc tex. preterea hic non agitur de surrogatione. sed de iputatione. que valde differunt. ¶ Quarta ratio est Petr. Mathesil. in repetitione. d. l. filii quem habēte. ut favore fideicomissarij substituti. istud sit introductum. ne grauitas retineat legata sibi prēcipua. Sed nec Alciato nec mihi placet. qm̄ legatarijs magis fauet quam fideicomissario. tū quod nihil oneris ferre debeant. tum etiā quod à substituto legata auferat. l. fina. C. ad trebel. l. i. s. fina. s. ad trebel. quo fit. ut minori ratione heres qui deducit falcidiā debuisset legata in suum quadrante imputare. ¶ Quinta ratio est. Paul. à mōte pico. hic. nā (inquit) legata solū relinquitur in testamento. s. preterea. insti. de fideicomis. hered. ex quibus falcidia detrahis p heredē. qui institutus est. vnde hæc quarta ob id iure institutionis vocata est. glo. in. l. i. in. princip. in verb. quartā. s. eo. glo. in. c. responsa. iij. dist. Ideo solū imputantur. q̄ iure hereditario accipiuntur. Sed trebellianica non est quarta institutionis. q̄ deducitur ex fideicomisso. quod ab intestato relinqui pot. l. filij. C. fami. hercif. allego tex. in l. fina. C. qm̄ dies legati cadit. nihil mirū si in eam imputetur etiā quae iure institutionis non habentur. Hanc rōnē (quā pi cus vocat pulchrā. et nouā) Alcia. improbat. primo (inquit) crebrior sententia probat etiā in codicillis legari posse. l. i. ff. de leg. i. p oīa iquit tex. legata fideicom. exequata sunt. l. i. q. C. cōia. de lega. Insup (inquit Alcia.) non sat is consequēs ratio est. legata relinquitur in testamento. & falcidia vocatur

portio institutiōis; ergo nō imputātur, nisi ea q̄ habētur iure
hereditario, qm̄ si fideicōmissum fiat in testamēto, idē quod
in falcidīa dīci deberet. Ego puto Alciatū nostrū & verē &
elegāter reprehendisse rationē Pau. à mōte pīc. ostendo cla-
rius rationē Pau. nihil valere. In prīmis illa ratio noua non
est, quia nihil differt à ratione Bar. & glo. nisi in verb. Secū-
do video q̄ falcidīa deducit ex fideicomis. pticulari. vt nos
s. ostēdimus esse cōem opinōne & idē Paul. in prīn. sue so-
lēnis repetitionis ridet doct. quōd non īnuenerint text. hoc
dicētem in. l. filius sām. s. eod. Sí igitur falcidīa ex particula-
ri fideicōmissō deducatur, quod ab intestato relinqui posse
oēs fatentur, sequitur rōnē hāc subsistere non posse, nec mi-
hi placet eiusdem responsio quam dat ad illā. l. filius. s. eod.
vt verbū falcidīq̄ exponatur pro trebellianica, qm̄ in hoc re-
periret sibi ipse contrariū. Ex sua etiā ratione, si teneas
communem, quam ipse tenet, secundū inconuenientia, q̄ fal-
cidīa detrahēda ex fideicōmissis particularibus est alterius
naturæ, q̄ que detrahaē ex legatis, quod dīci nō posset, nisi
tex. in. d. l. i. C. cōia. de leg. ifringas. Preterea cū hodie lega-
ta passim in codicillīs relinquant̄, cōcludēdū esset hāc legē
hodie oīno oīosā esse, qd absit. Quo sit vt plus in hac sit pe-
riculi q̄ in alijs p̄cedentib⁹ rationib⁹. Precipue quōd qñ
etiā velles oīa hēc īcōueniētā fateri, adhuc nō video rōnē cō-
cludere, qm̄ in trebellianicam quāe est quota hereditatis, im-
putant̄ legata, itē et in legitimā quāe debet relīq̄ iure insti-
tutionis legata iupantan̄ vt, j. dīcidem⁹. ¶ Sexta est ratio clae-
rissimi iurisconsulti And. Alcīa. nostra hac memorīa iurecō-
sultorū sine cōtrouersia facile principis, qui aīt esse cōsiderā-
dū, non à Martiano huius legis conditōre, inductum esse,
legata aut alia particularia relicta in falcidīam non imputa-
ri. Sed à falcidīo legis huius falcidīæ autore. Qui dum sta-
tuit, & coangustauit legem. xij. tabular. (quāe volebat, vti
quisq̄ legasset suā rei ita ius esto) ne legata vltra dodran-
tem fieri possent. l. i. in princip. s. eod. §. i. insti. eod. illud iam

Secūdum Cap. Repe.l.in quartam.

significasse viſus eſt, vt vellet quadrātem hereditarium per heredem iure ipſo retineri, & ita nihil vñquām de futurum, quod aliunde ſuplēdum foret, quo fit vt legata aut alia particulařia relictā in falciđiam non poſſint imputari, que iam per legem integra erat, in trebellianī. non ita, quinimo ſenatus conſulto pegasiano ſolum modō conſtitutum eſt, quartam partem poſſe retineri. nō quidē ipſo iure, ſed ex hiſ que reſtituenda ſunt, heres debebat deducere. Hęc eſt rō Alcia, quā ex eius verbis dephēdere poſſum, que profecto eſt ſubtiliſſima ad quā, vt ait, aduerterat nemo haſten⁹. Hāc ponit hic Francisc. de Ripp. nu. xiij. eam ſibi aſcrībens. Quae licet ſupioribus preferri debeat, deffēdi nō pōt, quoniā videt deſtruere totā legem nīam & materiam eius, ſi enī lex falciđia faciat ne cēſeaſ eſſe legatū, vltra dodrantē, & ſic ſemper quadrās hereditarius remaneat integer, vt ipſi volunt, fruſtra eſſet q̄rere quid in falciđia imputet̄ cui nihil deeft, et falſum eſſet quadrātē deduci de legatis, ſi vltra dodrantē nō extent, at permultis iurib⁹ caueſt dodrantē deduci de legatis & detrahā. l. quod de bonis. §. nō idcirco. l. nesennius ibi qđ deducere deſiderat. §. e. Accedat huc, quod. §. in. ij. præfatiōne ſecūdū cōem opinōnē tenuimus, legato toto aſſe, quorū q̄ per. l. falciđia retineri pōt, deberi legatarijs. l. j. l. error. l. ſi. C. e. q̄ certē nō deberet̄ vlopacto, ſi lex falciđia ipſo iure phibuiſſet legari vltra dođrantem. l. non dubiū. C. de legi. l. ſi nō ſortē. §. de cōdi. indeb. Preterea, ſi legatē ſint res hereditarie vſq; ad. xi. vncias, dīcat mihi aliquis cuius legatarij legatū non valet, ſi r̄ndeat ex oībus legatis lex reſecat duas vncias, & à quolibet pro quota. Quero deide, qñ heres grauatus eſt reſtituere vndecim vncias, nunquid ſenatus. pegasia no ſanciū fuit, duas vncias debere deduci? nihil igit video diſſerētiq; inter quartā falciđię & trebellianicā, in vtraq; lex operat̄, ne voluntati testatoris pareat̄, vltra dodrantē, & iſtud vult ille. §. j. iſt. eo. &. l. j. §. e. in vtraq; requiriſ factū heredis q̄ deducat & detrahat id, qđ lex phibuit dari. l. ſiliū quē ha-

bētē in penultimo vers. C.famī.hercis. Et ita díci puto,tam
lege falcidia quām senatuscō.heredi paratā esse etiā necessaria
exceptionē, aduersus legatarios ,& fideicōmislariū, qd
Alciat.reprobans rōnē Bart.affirmare videtur per.d. §.sed
quia & fateſ dictionē hanc perinde,quoad deductionē,idē
operari,& eodem modo in falcidia sicut trebelli,deduci.

CVeram igitur diuerſitatis rationem vix repire possum⁹,
quare secundum Alex.de Imol.dici posset, istud esse iuris
positiui,& ideo assignatur pro ratione voluntas.l.i. §. pue-
ritiam ff.de postulan.vel dicendum videtur q̄ non omniū,
quæ à maioribus dicta sunt,ratio reddi potest.l.non omniū
ff.de legib. Debuit tamen legislator persuasiua aliqua ra-
tionē moueri & legem ferre. Accipias itaq̄ omnes rationes
simul,quarum si nulla per se sufficiat,satis persuasum erit
ex his omnibus,aliud in falcidia aliud in trebellianica deci-
di,quod enim per se infirmum est,alterius ope adiutum
plurimum potest.l.quomodo de flumī.Sed quia ex me for-
tasse auditores rationem aliquam nouā postularent,ideo vi-
tra superiores ,persuasiones aliquæ dari possunt, Prima est
falcidia nascitur ex imodicis legatis,alijq̄ relictis pticulari-
bus nisi enim vltra dodrantem paricularia relicta reperian-
tur,falcidiæ locus non est,non decuit igitur per particula-
ria legata eam extingui,ne id a quo productum est, ab eo-
dem perimitur.l.meminerint. C.vnde vi, quod fieret,si le-
gata extenuarent quartā. Sed trebellia. non oritur ex relis-
cis his,de quorum imputatione per nos hic agitur,sint em̄
legata,necne, restitutio facienda est,nihil mirū igitur si lega-
ta & quecumq̄ particularia relicta in trebellia,imputentur
Secunda,heres qui falcidiavtitur personam testatoris solus
representat. §.i.de iureiur.à morien,prēstit.nō autē pticulari-
res successores.l.quotiēs. C.de hered.instituē,oportuit igit̄
in hui⁹ heredis portionē id tm̄ imputari,qd habet eo iure, fm̄
qd sit repreſentatio,nēpe institutiōis. Sed heres grauat⁹ fidei-
cōmīſſo,vniuerſali,testatorē nō repreſentat sol⁹,qm̄ fideicō.q

Secūdum Cap. Repe.l.in quartam.

est successor vniuersalis, personam illius sustinet. §. restituta
in fine. §. si quis vna. insti. de fideicōmī. heredita. vnde nō
refert, quoquomodo quarta grauati sarciatur. ¶ Ad secū-
dam oppositionem respōdeo, etiam si falcidia sit inuenta ad
hoc, vt heres inuitetur ad adeūdū, sicut trebellianica. In his
tū quæ imputant in illas, est differentia, vt statim dixi, & sit
ita plerūq; in iure nō, vt duę dispositiōes in uno cōueniant,
in alijs autē vehemēter distent, quod. §. in secunda præfatio
ne inter has duras quartas expeditum fuit. ¶ Ad tertiam, di-
co regulam illius. §. quod autē nō esse tam generale, vt q;
cūq; in vna dicant, in altera debeat intelligi, sed vult tex. se-
cūdū intellectū Bar. & Pau. cas. vt in his casib⁹ quibus falci-
dia cessat, nō habeat locū trebellianica, dant tamen quinq;
intellectus ad illum text. quos vide per Iaso. ibi nu. xiiij.

¶ In textu (vñ fideicōmissi) an loquatur de fideicōmissio
vniuersali, an de particulari, maximum dubium est quod. §.
tertio capite dicetur, interea assumeret in text. pro particu-
lari, & vult text. nō imputari in falcidiā. Oppono quod im-
mo in eam imputetur, quia est portio hereditaria, quod sic
patet. Suppono in primis fideicōmissum relinqui à lega-
tario. §. i. inst. de sing. reb. p fideic. q legatarius habuit ab he-
rede. §. i. de leg. inst. l. legatū, de leg. i. ex hoc liquet, fideicō-
missū ab herede traxisse originē & ad eū postea rediisse, quo
sit vt censeatur semper heredis fuisse. l. qui sic soluit de solu-
tio. §. Et vt circuitus euītetur, actus mediis occultatur. l. ij.
§. si debitorē, de donatio. inter virum & vxor. l. sin gularia.
ff. si cert. petat. Et ita factioe iuris fideicōmissū, hereditaria
portio est. ¶ Secundo si heres iste fideicōmissū habeat, suc-
cederet iure directo, quia heres, & iure obliq; quia fideicō-
missarius, quod in iure nō recipi non debet arg. l. primæ. §.
illud etiam. C. de latīna liberta. tollē. l. fi. C. de codicill.
¶ Rñdeo ad primā rōnē, fideicōm. huic heredi relinq posse
q̄tuor modis. Primo à sui coheredis portioe. Secundo à legatario
vñ fideic. de reb⁹ alijs, q̄ testatoris, et his duob⁹ casib⁹ loqtur

tex. noster nec argumētū procedit. Tertio potuit purē relin
qui à legatario suo de re legata, & tunc iputa ē quia heredi-
taria censem, vt probat primū argumētū & habes tex. in. l. si
à me. s. à trio. sensu, dū dicit post tēp⁹. Quarto potuit relin
qui à coherede ex rebus hereditarijs, quod distingue an in
corpo hereditario an in pecunia, vt. j. dicā. Titulus em̄dīf
formis considera ē in hac falcidia sicut ibi dicemus in trebe.

¶ Ad secūdā, dic heredē hunc diuerso iure vocari respectu
diuersarū rerum, in portiōe hereditaria iure directo, in fidei
cōmīssō iure obliquo admittīf, quod non inconuenit. l. q. q.
C. eo. At in re eadē diuersum illud ius cōpetere nō posset.
d. l. fi. C. de codicill. not. in. l. verbis ciuilib⁹. s. de vulgar.

¶ In textu (nā hæ in quartā non imputant) oppono contra
hāc particulā tex. iure cōsultus, ponit rōnē, que est eadē cum
dicto, ideo recipiēda nō est. l. q. interrogatus. s. de petitio. he
redita. glo. in. l. i. de offic. procu. Cesa. glo. in. l. i. j. de excep.
Dic quod hæc verba nō ponunt pro rōne decidēdi, vt pro-
bat nīm argumētū. Sed sunt verba decisiva, dū em̄ text. dis-
cit (nō quas iure &c.) obscura, aut verius imperfecta fuisset
oratio, nisi subiunxisset verbū illud (nā hæ in quartā nō im-
putant). Similem tex. habes i. l. i. C. de edē. ibi. Nā quod de
sideras, tex. in. l. precibus. C. de impub. ibi nā non est incerti
iuris &c. & multis quoq̄ locis verbū (nam) interpretandū
est eodē mō. Habes primā partē tex. explanatā. **¶** Circa se-
cūdā partē tex. ibi (sed in fidei cōmissariā hereditate restituē-
da) vocat Martianus hereditatē fidei cōmissariā, q̄ per fidei
cōmissariā substitutionē restituenda est, fidei em̄ heredis cō
mittitur, vt hereditatē restituat substituto, de qua re in toto
titulo. j. ad treb. diceptatur, & multa nos citauimus. s. in se-
cunda prefatione. Cōtra hunc tex. oppono, quod immo nō
possit ex fide alterius dispositio pendere. l. captatoriæ. l. illa
institutio. s. de here. institutē. l. captatoriās. C. de testa. milit.
Dici pōt fidei cōmissum olim fuisse in fide heredis grauati
positū, nec aliquo iuris vínculo cogī potuisse, aut adire aut

Primum Cap. Repe.l.in quartam.

restituere. Hodie autē ad necessitatē reuocatū est .§.i.instit.
de fideicō.hered.verumtī illud nomē,quod in prima cōsti-
tutione impositū fuerat,retinet,vti in legitima sepius dixi,q
ad huc quarta vocat inspecta prima institutiōe. §. si vero nō
implens,in auct̄.de here.& falcid.col.i. Preterea illc.ll.i.ca-
ptorias.l. illa institutio,nō impedīunt quominus testamē-
tū à voluntate heredis pendeat.Nā adibit si velit & testamē-
ti vires habebit,aut repudiabit & testamētū nullum erit.l.j.
de iniusto.rupto. §. Sed haec heredis voluntas tacita est,ideo
